



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacramentis in Genere, & duobus primis in specie

Bosco, Jean a

Lovanii, 1665

Sectio Quinta. De Ministro Baptismi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73340)

147.
Quam
possint &
debeant
baptizari.

Impono finem huic Sectioni, & dico, quod omnis & solus homo viator non baptizatus, qui corporaliter potest abluī, potest, & debet baptizari, nisi de quibusdam aliter ex speciali Dei providentia fuerit ordinatum. Unde neque Angeli neque homines in termino constituti, aut creaturæ inferiores baptizari possunt, minus debent. Similiter Satyri, aut geniti ex femina & bruto non sunt baptizandi: uti nec fetus extinctus, aut nondum animatus animâ rationali.

An inter illos computandum sit monstrum. Rit. Rom.

Porro de monstris observetur Rit. Rom. tit. de Sacramento Baptismi. §. de Baptizandis parvulis ibi: *Monstrum quod humanam speciem non pre se ferat baptizari non debet: de quo si dubium fuerit, baptizetur sub hac conditione: Si tu es homo, ego te baptizo &c. Illud verò, de quo dubium est, mare aut plures sint persone, non baptizetur,*

donec id discernatur. Discerni autem potest, si habeat unum vel plura capita, unum vel plura pectora: tunc enim totidem erant corda & anima, hominesq; distincti, & eo casu singuli seorsum sunt baptizandi, unicuique dicendo: Ego te baptizo &c. Si verò periculum mortis imminet, tempusq; non suppetat, ut singuli separatim baptizentur, poterit minister singulorum capitibus aquam infundens omnes simul baptizare, dicendo: Ego vos baptizo &c.

Quando verò non est certum in ministro esse duas personas, vel quia duo capita, & duo pectora non habet bene distincta, tunc debet primum unus absolute baptizari, & postea alter sub conditione hoc modo: Si non es baptizatus ego te baptizo &c.

Et hæcenus de materia & forma Baptismi, de causis subiectiva & finali; quid superest nisi causa efficiens? de hac igitur erit

SECTIO QUINTA.

De Ministro Baptismi.

Baptismus ministratur vel solemniter cum ceremonijs ab Ecclesia præscriptis, vel privatim sine illis; vel validè tantum, vel validè juxta ac licitè. Nec dubitandum quin plures homines possint esse ministri Baptismi privati, quam solemnisi, Baptismi validi tantum, quam validi juxta ac liciti. Si autem à me queritur, quis sit minister Baptismi privati, citius respondeo:

CONCLUSIO I.

Quilibet homo viator ratione utens validè semper, & in necessitate licitè ministrat Baptismum privatim, servato tamen ordine.

2.
Quis sit minister Baptismi resolvitur ex Concilio Florentino.

Est indubitata post decretum Eugenij in Concilio Florentino, ubi de ministro Baptismi sic inquit Pontifex: *Minister huius Sacramenti est Sacerdos, cui ex officio competit baptizare. In causa autem necessitatis, non solum Sacerdos vel Diaconus; sed etiam laicus, & mulier, imò etiam paganus, & hæreticus baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesie, & facere intendat quod facit Ec-*

clesia. In qua definitione enumerantur omnes illi, de quibus potest esse aliqua dubitatio, & aliquando fuit.

Nec obstat quod loquatur in casu necessitatis; quia agit de Baptismo licito. Porro generaliter Baptismum à quocumque collatum, sive in necessitate, sive extra valere, decretum in Concilio Lateranensi sub Innoc. III. & refertur. c. *Firmiter* de summa Trinitate ibi: *Sacramentum verò Baptismi... tam parvulo quam adultis in forma Ecclesie à quacunque ritè collatum, id est, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, proficit ad salutem.*

Et in particulari de hæreticis idipsum definit Trident. sess. 7. de Baptismo can. 4. his verbis: *Si quis dixerit Baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in nomina Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum, anathema sit. Ubi nulla sit mentio necessitatis.*

Idem statuit de Judæo Nicolaus I. ad consulta Bulgarorum c. 104. & refertur de Consec. dist. 4. c. 24. *A quodam, inquit, Indæo nescitis, utrum Christiano, an Pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis, & quid de his sit agendum consulitis. His profecto si in nomine Sanctæ Trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum legitur baptizati sunt... constat eos non esse denudè baptizandos. Quis autem nesciat rarò occurrere casum necessitatis? Quo-*

modo ergo multos, nisi extra necessitatem?

Nota 1y, si in nomine Sancte Trinitatis nam de illis, qui à Paganis baptizantur non servatâ formâ Ecclesiæ, pronuntiat Gregor. II. in Epistola ultima ad Bonifacium Episcopum, & habetur eadem dist. c. 52 Quos à paganis baptizatos esse asseruisti, si ita habetur, ut denuò baptizes in nomine Trinitatis, mundanus.

4. Et ex Joanne Papa VIII. Quid dicam de laicis fidelibus? Nam hoc baptizandi opus (scribit Joannes Papa VIII. Anselmo Lemovicinæ Ecclesiæ Episcopo, & refertur c. 7. 30. q. 1.) laicis fidelibus iuxta canonicam auctoritatem, si necesse fuerit facere, libere conceditur. Libere, inquam, id est, licitè, siue inculpabiliter; siquidem immediatè præcedit: Quapropter & nos tanta auctoritatis in fisionè præcipuè freti, dicimus emittendum esse, & inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit.

Item ex Concilio Elibertino, Similem constitutionem reperio in Concilio provinciali Elibertino (in Hispania sub Marcello I. vel, ut alij, circa Sylvestri Papæ primi, & Niceni Concilij tempora celebrato) ubi c. 38. sic lego: Peregre navigantes, aut si Ecclesiâ in proximo non fuerit, posse fidelem (qui Lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus) baptizare in necessitate infirmitatis postquam Catechumenum &c. Non autem, ut quidam: Non nisi Lavacrum regenerationis habens potest in necessitate infirmitatis baptizare.

5. Quamvis nec isthæc verba, esto haberentur, adversarentur communi doctrinæ; quod enim determinat certum est, videlicet, Fidelem, non nisi Lavacrum regenerationis habens, id est, tantummodò baptizatum, etiam laicum, licitè in necessitate baptizare; an autem idem liceat non baptizato, ibi non negat; sed ad summum docet, non baptizato præferendum esse baptizatum. Colligo quaidem sentit de bigamo, qui tamen potest validè baptizare præsentè Christiano non bigamo, imò licitè, seclusâ ordinatione istius particularis Concilij, hætenus ab Ecclesiâ universalis haudquam recepti.

Et Urbano Pontifice, Pari modo loquendi utitur Urbanus Pontifex scribens Vitali presbytero Brixiensi, & habetur 30. q. 3. c. 4 Super quibus consulti nos tua dilectio, hoc videtur nobis ex sententia respondendum: ut & Baptismus sit, si instanti necessitate semina puerum in nomine Trinitatis baptizaverit. Nonne propterea asserit extra necessitatem non esse Baptisum? Minimè; sed respondet ad casum necessitatis sibi propositum.

6. Non obstat Carag. IV. c. 100. Mulier baptizare non presumat: intellige

extra necessitatem aut in necessitate solemniterquam potestatem Marcionistæ hæretici mulieribus concedebant. Colligo quia c. 99. dicitur: Mulier, quamvis docta, & sancta, vires in conventu docere non presumat.

Profectò neque ad validum, neque ad licitum Baptisum requiri Ordinem sacrum, satis probat praxis primitivæ Ecclesiæ, in qua, ut notat D. Ambrosius in cap. 4. ad Ephesios, Apostoli soliti erant fratribus non ordinatis committere Baptisum, quando ipsi per se non poterant illud munus exercere.

Sic Ananias adhuc laicus baptizavit Paulum Act. 9. v. 18. Et confessim ceciderunt ab oculis eius tanquam squama, & baptizatus est. Et Apostoli antequam essent ordinati baptizabant, Joannis 4. vers. 2. Quamquam Jesus non baptizaret, sed discipuli eius. Approbatus quoque fuit Baptismus Athanasij pueri ab Ecclesiâ Alexandrina, ut diximus dispart. præced. sect. 7. concl. 3.

Denique ita hodie tota Ecclesiâ intelligit præceptum Christi, cujus proinde voluntas est ratio à priori. Congruentia autem necessitas Baptismi; ob quam etiam institutus est in materia maximè obvia.

Hujus porò communis intellectus in testum catalogo posito non infimas tenet D. August. l. 2. contra Parmenianum cap. 13. ibi: Quamquam estis laicus aliquâ peccantis dederit (Baptisma) necessitate compulsus, quod cum ipse acciperet, dandum esse addidit; nescio an pie ququam dixerit esse repetendum. Nulla enim cogente necessitate si fiat, alieni muneris usurpatio est (adeoque grave peccatum) si autem necessitas urgeat, aut nullam, aut veniale delictum est (si non adhibuerit sufficientem diligentiam in quaerendo ministrum ordinatum) sed est nulla necessitate usurpetur. & à quolibet cuilibet detur, quod datum fuerit, non potest dici non datum, quamvis restè dici possit illicitè datum.

Accedat testimonium Isidori, quod refertur de Consec. dist. 4. c. 23. Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat: sed Spiritum Dei subministrare gratiam Baptismi, licet paganus sit, qui baptizat.

Ex quo patet quomodo intelligendum sit, quod illi sententiæ præmittitur ab eodem Auctore, & refertur 1. q. 1. c. 59. Si per ignorantiam ordinatur, antequam baptizetur, debent ab eo baptizati iterum baptizari, & ipse alterius non ordinatur. Romanus Pontifex &c. Videtur (inquit Gratianus ibi) in priori parte vel proponi questio, vel falsa alicujus opinio recitari, cui deinde in posteriori parte opponatur vera.

In re clara non est quòd divitiis immeretur.

tabula 3

Ex praxi Ecclesiæ constat non requiri ordinem sacrum ad baptizandum,

Ahor. 5.

7. an. 4.

7. Ratio à priori voluntas Christi,

Cujus testis est D. August.

7. an. 4.

7. an. 4.

Et Isidorus.

8.

Consonat
Scotus.

remur docet eam apertissimis verbis Scotus 4. dist. 6. q. 1. n. 2. Respondeo, inquit, cum oporteat baptizantem abluere baptizatum, quod est active facere corpus eius contingi ab aqua, & hoc vel per motionem corporis ad aquam, utpotè immergendo; vel per motionem aqua ad corpus eius, puta persundendo, vel aspergendo: necessaria requiritur in baptizante virtus motiva, quâ potest aliquo istorum modorum active abluere alium. Cum etiam oporteat ministrum proferre verba, in quibus est forma, necesse est ipsum posse loqui. Cum etiam requiratur intentio in ministro..... necesse est ipsum habere usum rationis. Simpliciter ergo nullum suppositum nature intellectualis excluditur à posse baptizare, nisi propter aliquem istorum trium defectuum, vel propter plures, vel omnes simul.

Concludit: Cum ergo non Sacerdotes multi possint habere, & habeant hæc tria, sequitur quod simpliciter possint baptizare. Possint, inquam, baptizare valide semper, licet in necessitate. Quippe necessitas non mutat essentiam, ut communiter docent Theologi. Unde Pastores in ordine ad valorem Baptismatis, dati ab obstetricibus, non sunt solliciti indagare, an fuerit vera necessitas; sed an fuerit usæ formâ consuetâ Ecclesiæ.

9.
Obicitur
contra con-
clusionem.

Sed contra: non sequitur; Quilibet Sacerdos potest valide absolvere in articulo mortis à quibuscumque peccatis; ergo etiam extra illam necessitatem. Ergo similiter non valet hæc consequentia; Quilibet valide baptizat in necessitate, ergo etiam extra necessitatem.

Obiectio
solvitur

Respondeo negando consequentiam. Prima disparitas sit, voluntas instituentis, quæ tamen non ita probat bonitatem consequentiæ, quàm bene veritatem consequentis. Secunda disparitas erit, quod ad validam absolutionem, utpotè actum iudiciale, requiratur iurisdicctio, quæ non conceditur immediatè à Deo, sed ab Ecclesiâ; non legitur autem Ecclesiâ dedisse iurisdictionem omnibus Sacerdotibus extra articulum mortis.

Allegando
disparita-
tem inter
ministrum
penitentis
& Baptis-
mi,
Trident.

Porro Baptismi ministrum indicem esse non oportere, docet Trident. sess. 14. c. 2. Intellige illius, qui baptizatur, ut colligitur ex ratione adjuncta: Cum Ecclesiâ in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus. Nam alioquin ad licitum Baptismum extra necessitatem requiritur aliqua iurisdicctio, sive aliquid jus, aut in parentes, aut certè in ipsum locum Baptismatis, ut patet consideranti.

Cum igitur Baptismus non sit propriè

actus iudicialis, non apparet ex quo capite oriretur ejus invaliditas extra casum necessitatis, si alia necessaria adhibeantur; & per consequens ex quo habetur quod possit quilibet in illo baptizare, etiam habetur quod possit validè extra illum casum, nisi diceretur Christum ita restrictè instituisse. Sed unde id constat? Imò contrarium luculenter probant quæ huc usque diximus.

Planè non conveniebat, quod dubitaretur de valore Baptismi interabilis propter hanc, vel illam necessitatem; idque ob quàm plurimâ inconvenientiâ, quæ sequuntur ex invaliditate hujus Sacramenti: at verò Sacramentum Pœnitentiæ, cum sit iterabile, si quod fortè dubium oritur circa periculum mortis; & consequenter circa valorem absolutionis, repetatur, rursusque eadem peccata subiciantur clavibus Ecclesiæ, vel certè alia; quibus cum hæc indirectè absolvantur. Unde particulare est absolutioni sacramentali, quod non semper qui est minister illius validus in necessitate, etiam sit minister validus extra necessitatem, quemadmodum aliorum Sacramentorum; Deo ita volente & instituyente.

Dices; solis Episcopis in persona Apostolorum dictum est Matth. ultimo v. 19. Euntes docete &c. ergo cæteri non sunt validi ministri.

Respondeo dissimulato antecedente (nam dici posset Apostolos tunc representasse universalem Ecclesiâ; adeoque quilibet datam potestatem, qui ut minister Ecclesiæ vellet hoc ministerium exercere) negando consequentiam, illo siquidem loco non videtur Christus dedisse Apostolis simplicem potestatem baptizandi, quam ante passionem, ut supra dixi, dum necdum essent Episcopi aut Sacerdotes, exercebant, & habebant; sed ipsi jam Episcopis dedit particulare mandatum, & simul jus primarium publicè & solemniter prædicandi Evangelium, ac baptizandi, & in Ecclesiâ admittendi.

Quod sanè jus, quamvis etiam secundariò competat omnibus Sacerdotibus, quibus in Apostolis, qui & ipsi Sacerdotes erant, ibidem Christus loquebatur; at minimè cæteris fidelibus, potissimum laicis, ac mulieribus, quibus non competit ex officio publicè docere in Ecclesiâ, & solemniter baptizare, utpotè præcipua pars muneris Ecclesiastici. Quo tamen non obstante, sicuti in necessitate uniusquisque potest & debet proximum suum docere; ita pariter potest & debet baptizare.

Exemplum Aquilæ Judæi & Priscille uxoris ejus, qui Act. 18. v. 26. privatim instruxerunt.

instruxerunt quemdam Judæum nomine Apollinem, qui magno zelo prædicabat Christum, sciens tantum Baptisma Joannis. *Hic cepit*, inquit Scriptura, *fiducialiter agere in Synagoga. Quem cum audissent Priscilla & Aquila assumpserunt eum domi suæ, & diligentius exposuerunt ei viam Domini. Poterant ergo & illi, si necessitas postulasset, ipsum & alios baptizare privatim, sicuti debebant.*

10. Possunt tamen privatim & in necessitate, Tertul.

Possunt & illud de facto viri & mulieres. *Quod enim ex aquo*, inquit Tertull. lib. de Baptismo c. 16. *ab omnibus privatim accipitur, ex aquo ab omnibus privatim dari potest; & quod ex aquo ab omnibus publicè & solemniter, non accipitur, nec ab omnibus ex aquo publicè & solemniter dari potest. Ex aquo*, inquam, ut quemadmodum à quolibet validè accipitur in necessitate, ita etiam validè ministratur; & sicuti à quolibet non licitè accipitur, ita quoque illicitè detur.

11. 2. Cor. 14.

Quocirca signanter additur in conclusione: *Servato tamen ordine*, juxta illud Apostoli 1. Cor. 14. v. ultimo, *Omnia honestè & secundum ordinem fiant.*

12. 13. Rit. Rom.

Quæris quis sit iste ordo? Responsum peto ex Rituali Rom. Tit. de Baptismo §. de Ministro Baptismi. ibi: *Quoties infans aut adultus versatur in vite periculo, potest sine solemnitate à quocunque baptizari in qualibet lingua, sive clerico, sive laico, etiam excommunicato, sive fideli, sive infideli, sive Catholico, sive hæretico, sive viro, sive femina, servatâ tamen formâ, & intentione Ecclesiæ. Ecce doctrina hæctenus tradita.*

13. Servato ordine debito.

Sequitur ordo: *Sed si adsit Sacerdos, Diacono præferatur, Diaconus Subdiacono, Clericus laico, & vir femine; nisi pudoris gratiâ deceat faminam potius quam virum baptizare infancem non omnino editum, vel nisi melius famina sciret formam, & modum baptizandi. Adde, fidelis infideli, non excommunicatus excommunicato. Ita communiter omnes; licet sit aliqua dissensio inter Doctores circa obligationem hujus ordinis. Brevis dico:*

CONCLUSIO II.

Proprius Sacerdos cæteris sub gravi obligatione est præferendus. Similiter omnes Sacerdotes Diaconis, hi inferioribus, inter quos in versio

ordinis plerumque solum est venialis.

Primæ parti omnes subscribunt, idque propter hanc rationem; quia proprius Sacerdos habet speciale officium seu jurisdictionem hunc in particulari baptizandi; ergo qui illo præsentè, & non renuente baptizat, usurpat secundum D. Aug. minus alienum in materia gravi.

14. Ratio 1. partis, quia proprius sacerdos habet speciale jus baptizandi.

Dico, *Et non veniente*; quia, ut istud semel generaliter notemus, qui non vult, vel non scit baptizare, habetur in hoc ordine pro absente.

15. Etiam peccatum.

Si respondeas, jus Parochi non extendere ad Baptismum privatim, sed solemnem duntaxat. Contra; absque ulla limitatione aut distinctione ab Ecclesiâ conceditur ipsi potestas administrandi Sacramenta, Confirmatione & Ordine exceptis; vel ostendatur ubi jus istud sit restrictum.

Cum ergo baptizandus non minus in necessitate, quam extra, eo modo quo potest, v. g. ratione domicilij, subiciatur curæ Pastoris illius territorij, ita ut Pastor non succurrans in necessitate per Baptismum privatim, peccet contra officium, adeoque contra justitiam; liquet profectò eum, qui vi vel fraude Parochum impedit ab executione sui officij graviter delinquere contra justitiam, usurpando jus sive officium alienum contra rationabile proprij Sacerdotis voluntatem: maxime cum tali casu nulla sit vera necessitas, quæ utique confligit ex penuria ministri ordinarij & periculo hominis baptizandi.

Adeoque ipsum impediens injustè, graviter peccat contra justitiam.

16. Non sic baptizans coram alio sacerdote, ut quidam docent.

Secunda pars conclusionis est magis communis contra Valentiam in 3. partem disp. 4. quæst. 2. puncto 1. & Joannem Suarez in Enchir. casuum conscientie l. 5. v. Baptismus, §. *In necessitate*, citatos à Diana parte 3. tract. 4. resol. 4. qui docent laicum baptizantem præsentè Sacerdote non proprio, secluso contemptu, peccare tantum venialiter; idque quia talis Sacerdos non præjudicatur propriè in jure suo, sed potius in quadam decentia, eò quod per Ordinem acceperit specialem potestatem baptizandi, & specialem ad hoc gratiam.

Et idem, argumento à majori, dici potest de Diacono contra 3. partem nostræ assertionis. Quod etiam docuit Franciscus Suarez 3. parte tomo 3. disp. 31. sect. 4. (sibi ipsi contrarius disp. 23. sect. 2. in fine ubi sic ait: adeo ut probabile sit inversionem hujus ordinis in his inferioribus personis,

Multò mi-
nis coram
Diacono.

sonis, inter se non esse peccatum mortale seclulo contemptu, cum tamen respectu Diaconi, non sit dubium quin res sit gravis) & plures alij; quia Diaconus in rigore loquendo non est minister ex officio; per consequens non videtur ei fieri grave præjudicium.

Oppositum
est proba-
bile,

Quæ sanè non carent suâ probabilitate, eorumque Auctores difficulter possumus convincere, nisi recurramus ad commune judicium, quod in similibus casibus, ubi gravitas peccati pendet à gravitate materie, plurimum habet ponderis.

17.

Maximè
quoad præ-
judicium
Sacerdotis,

Et quidem quod atinet ad præjudicium Sacerdotis, æstimatur illud communiter grave; quia quamvis non habeat propriè dictum jus (loquor de illo qui non est proprius Parochus) ex officio tamen & ordinatione sua, ut statim videbimus, competit ipsi baptizare, tamquam ad id per se, & ex directa intentione institutus à Christo.

Unde non est eadem ratio de hac conditione ministri, & de alijs conditionibus accidentalibus ab Ecclesia institutis: hæc quippe magis necessaria est, & ex ipsa institutione manat, & magis spectat ad reverentiam Sacramenti; nam cum sit sacrum ministerium, per se requirit ministrum consecratum. Ita Franc. Suarez supra, ubi tenet nobiscum, in inversionem ordinis in præjudicium Sacerdotis esse mortalem.

Qui ad hoc
specialiter
ordinatur.

Eadem est
ratio de
Diacono;

Cumque similis ratio militet in Diacono, qui & ipse specialiter ordinatus est ad baptizandum, etsi minus principaliter, recedimus in hac parte à prædicto Auctore, qui ait disp. 31. sect. 4. §. *Vnde tertio addendum est.* Verisimilius videri, etiam respectu Diaconi non esse peccatum mortale illi præferre alium inferiorem, & laicum; recedimus; inquam, ab hac sententia, & dicimus verisimilius videri, esse peccatum mortale, præferre Diacono alium inferiorem & laicum; quoniam invertitur institutio per se (licet secundario) à Christo intentata, ac proinde quodammodo usurpatur jus alienum, teste ipso Suario disp. 23. sect. 2. in fine; ut omittam irreverentiam, quæ fit Sacramento, magis utique in hoc negotio pensanda, ut vult idem Auctor, quam jus ipsius Sacerdotis, aut Diaconi.

Non sic de
Diacono
inferiori-
bus,

Ex his facile colligitur ratio ultimæ partis, quia cum alij ministri inferiores Diacono, non sint specialiter ad id muneris à Deo instituti; neque ipsis grave sit præjudicium, neque Sacramento notabilis irreverentia, si posterior priori præferatur.

Cæterùm Vasq. disp. 147. c. 5. n. 33. contra communem sententiam audacter pronuntiat: Aut nulla in hac re, id est, inversione ordinis, culpa esse potest, aut si ulla est, ea venialis esse nequit. Fundatur satis infundatè: Aut enim, ait n. 34. dicendum est ordinem illum nullo jure præscriptum esse, aut si semel concedamus, jure aliquo fore servandum, dicendum est transgressionem illius non levem, sed gravem culpam esse, nempe administrare Sacramentum contra præceptum. Porro non jure humano, sed divino ordinem illum præscriptum fuisse, indubitatum debet esse: nam cum jus divinum ob necessitatem extremam concedat, ut baptizent ij, quibus aliàs baptizare non licebat, procul dubio id ita concedit, ut qui minus ineptus est, magis inepto præferatur.

Addit; Ex opposita sententia sequetur, infidelem non baptizatum in præsentia Diaconi, aut alterius baptizati, absque gravi peccato baptizare, & Catechumenum se illi potius, quam baptizato, subicere posse; quod aliqui secuti oppositam sententiam cum Soto libenter concedunt, mihi tamen res videtur ablona. Ita Vasq.

Sed ut à postremo exordiar, negamus id sequi ex nostra sententia; nam imprimis, ut jam jam dictum est, Diaconus sub mortali est præferendus cæteris inferioribus, ob specialem videlicet ejus consecrationem ad illud ministerium. Quod atinet alium inferiorem baptizatum, multi sunt, qui docent mortale peccatum esse, si sine aliqua urgenti causa (sic quippe intelligitur conclusio) infidelis, hæreticus vel etiam excommunicatus, alijs præsentibus baptizet.

De excommunicato patet; quia, ut dictum est alibi, excommunicato graviter prohibetur administratio Sacramentorum extra necessitatem, qualis hæc nulla est; cum alij adsint, ut supponitur, qui possint æquè commodè baptizare. Eadem est ratio de hæretico, qui & ipse excommunicatus est.

Porro de infideli sive non baptizato non est ita certum, neque contrarium posset aperte convinci esse falsum: videtur tamen valdè difficile, præsertim si fidei sit infidelis, & non baptizatus. Apparet siquidem multis gravis irreverentia in Sacramento committi, si hujusmodi in ejus collatione sine ulla ratione præferatur infideli baptizato. Et hinc signanter addidit in conclusione *ly Plerumque.* Sanè qui consequentiam Vasq. concederet, facile negaret absurditatem consequentis.

Nanc

20. *Et respon- sione ad primum.*
Nunc ad primum respondeo: esto sit lex divina, & materia secundum se gravis, est tamen levis speculato motivo legis: cum preferentia in ceteris ministris inferioribus Diacono non fundetur in jure aliquo ministri aut particulari ordinatione; ac proinde inversio ordinis alicui tantum decetia repugnet. Veluti etsi gratitudo postulet beneficium notabile conferri alicui; equidem si non fiat, quia tantum committitur aliqua indecentia sine latione juris, non est ingratitude semper peccatum mortale.

Idem exemplificare possumus generaliter in omni lege; nam ad estimandam materiam ipsius quantitatem non oportet considerare materiam nudè secundum se, sed maxime attendi debet communis hominum instinctus, ac præsertim consensus DD. tum finis legis, & proportio materiam ad eum finem.

21. *Ad estimandam materiam quantitatem attendi debet primo communi hominum instinctus ac præsertim consensus Doctorum.*
Primum patet; quia ut communiter dicitur; *Vox populi, vox Dei*, id est, per communem consensum populi, & possimum illorum, qui ex professione sua tenentur ceteros instruere de gravitate & levitate peccatorum, censetur Deus & Ecclesia voluntatem suam graviter vel leviter obligandi indicare; præsertim cum lex naturalis scripta sit in cordibus hominum, & lumen naturale dicet quid hic & nunc agendum sit. Deinde non possumus in dubijs hoc tempore habere certiorum notitiam, quam per consensum populi & DD. cum Deus amplius per seipsum vel Prophetas non faciat novas revelationes. Ne ergo semper maneamus dubij de gravitate vel levitate materiam sive peccati, optimum est sequi commune judicium prudentum.

Et ita præceptum jejuniij, & similia obligant sub mortali; quia communis Ecclesie & fidelium sensus sic intelligit illa præcepta. Cum ergo in præsentis communis Ecclesie & fidelium sensus sit, aliquam inversionem hujus ordinis esse mortalem, aliam solum venialem, propter judicium solius Vasq. nihil mutabitur in re, aut saltem mutari debet in conscientia operantis.

22. *Deinde finis legis, & proportio materiam ad eum finem.*
Quod etiam finis legis sive materiam debeat venire in considerationem gravitatis aut levitatis, ostendo; quia intentio Legislatoris, quæ necessariorè respicit aliquem finem, est anima ipsius legis; adeoque secundum gravitatem ipsius judicanda est gravitas præcepti, consequenter etiam gravitas materiam; quippe materiale sequitur formale, & non è contra. Unde sicuti nulla est obligatio etiam ad gravissimam materiam, nisi accedat præceptum, & præceptum non sub-

sistat sine justo fine legis, ita neque materia gravis censenda est in ordine ad istum finem, sive prout substat legi, nisi sit gravis finis legis, ad quem multum conducatur illa materia sive materiale legis.

Ex quo communiter inferunt DD. eandem materiam respectu diversarum legum posse esse gravem & levem, v. g. auditio missæ est materia gravis respectu legis Ecclesiasticæ, quia multum adjuvat profectum spirituales uniuscujusque audientis, qui est finis istius legis. Idem esset si in aliqua Religione talis auditio singulis diebus præciperetur. At verò censetur materia levis, si præcipiatur per legem civilem tamquam medium ad bonam gubernationem Reipub. utpote parum conducens ad illum finem. Ita inter ceteros docet Vasq. 1. 2. disp. 158. c. 6. n. 60.

Cur ergo itidem fieri nequeat, ut ordo ministrorum Baptismi à Christo præceptus in Sacerdote & Diacono sit materia gravis tam materialiter, quam formaliter; in inferioribus materialiter quidem gravis, formaliter autem levis? Certè nulla ostenditur repugnantia, aut incongruitas; imò è converso communis sensus DD. & fidelium, ut mox diximus, judicat id esse valde congruum & rationale attento fine istius præcepti, qui est reverentia debita Sacramento.

Si dixeris, non placet hæc responsio, dic ergo obligationem ordinis inter ministros inferiores Diacono, haudquaquam provenire ex lege divina; sed ex ritu Ecclesie leviter in re levit obligante, juxta præscriptum Ritualis Rom. in fine præced. conclus. allegatum, & receptam hodie consuetudinem. Alioquin Sacerdotem jure divino esse præferendum Diacono, & verosimilius Diaconum Subdiacono, aliisque inferioribus, declaro sequenti conclusione, quæ se se habet.

CONCLUSIO III.

Solus Sacerdos est minister ordinarius Baptismi. Solus Diaconus minister delegatus. In extrema necessitate præsumitur delegatio.

23. *Prima pars patet ex Florent. in decreto Eugenij ibi: Minister huius Sacramenti est Sacerdos, cui ex officio competit baptizare.*
Y y Ubi,

Eadem materia potest esse respectu gravis & levis.

Vasquez

Nulla est repugnantia in eo quod ordo ministrorum Baptismi, respectu unius sit formaliter gravis, & respectu alterius formaliter levis.

23. *Potest dici quod obligatio ordinis inter ministros inferiores Diacono, tantum sit jure Ecclesie factici.*

23. *Probat et pars ex Florentino,*

18. *Commissio...*

21. *Ad estimandam materiam...*

22. *Deinde finis legis...*

Ubi, cum Concilium dogmaticè loquatur, excludit omnes reliquos.

Unde c. 19. de consec. dist. 4. dicitur ex Et Isidoro. Isidoro de officijs, lib. 2. c. 24. Constat Baptisma solum Sacerdotibus esse tractandum, eiusq; mysterium necipis Diaconis explere est licitum, jure ordinario, & ex officio.

Estque communis doctrina SS. Patrum, roborata praxi totius Ecclesie, à qua optimè discimus voluntatem Christi, quæ est ratio à priori.

Congruentiam assignat Doctor Subtilis 4. dist. 6. q. 1. n. 3. ibi: Tandem dico, quod licet secundum predicta quodlibet suppositum habens tres predictas condiciones possit baptizare, etiam cum hoc congruit solum hominem viatorem baptizare; congruum tamen est inter viatores solum Sacerdotem baptizare, & soli Sacerdoti congruit ex officio, intellige, jure ordinario.

Cuius est ratio; quia per Baptismum recipitur baptizatum in collegium Ecclesie militantis: receptio autem alicuius in collegium pertinet ad Presidentem, & habentem auctoritatem in collegio: & ideo quando aliquis haberet maiorem auctoritatem in Ecclesia, tanto magis pertineret ad eum recipere & introducere in Ecclesiam, & per consequens baptizare. Unde magis competeres Episcopo, quàm in simplici Sacerdoti, si sufficere possent Episcopi: sed propter paucitatem Episcoporum, & pluralitatem baptizandorum, regulariter conceditur omnibus Sacerdotibus.

Atque hoc est, quod dixit Tertull. lib. de Baptismo c. 17. Dandi quidem (scilicet Baptismum) habet ius summus Sacerdos, qui est Episcopus; dehinc Presbyteri & Diaconi, non tamen sine Episcopi auctoritate propter Ecclesie honorem. Hoc est, Episcopo competit ius primarium, seu potius ius iudicium primaria baptizandi; Pontifici quidem Romano tamquam capiti universalis Ecclesie jure divino immediate, à quo ulterius jure humano ordinario (ut communis docetur in tract. de Legibus) derivatur in Episcopos. Ab his autem communicatur Pastoribus respectivè ad suas Parochias, aliisque Sacerdotibus; juxta suæ commissionis amplitudinem.

Hanc jurisdictionem esse necessariam, etiam Sacerdotibus, ad licitè baptizandum extra necessitatem, probat honor Ecclesie, id est, ordo hierarchicus, sive regimen Ecclesie, quod maxime perturbaretur, si cui libet Sacerdoti permitteretur per Sacramentum Baptismi subicere unumquemque jurisdictioni Ecclesie, & reddere participem jurium, & privilegiorum communis Ecclesiasticæ.

Nonne videmus in Republica civili Presidentium tantummodò esse, admittere

aliquem ad jura civitatis? Quamò magis in Republica Ecclesiastica, in qua major debet esse unitas & subordinatio, non cui libet erit quemlibet admittere ad jura Ecclesie?

Si autem dubitas, cui subsint adulti non baptizati, Respondeo illi, qui in loco, in quo commorantur, potest licitè Baptismum ministrare; non quòd ex præcepto Ecclesie teneantur ab illo petere; sed quia ex jure naturæ præcipitur illis non petere ab eo, qui non potest licitè dare. Ergo in terris infidelium subsint ijs, qui legitime mittuntur pro eorum conversione, & Sacramentorum administratione; quia hi soli possunt licitè dare.

Et licet parvuli propriè non subdantur præcepto ratione sui, tamen bene in parentibus. Insuper alijs fidelibus directè præcipitur, ne quis illorum, præter Pastorem, eos baptizet. Paganus autem peccat, quia præfert se Sacerdoti, contra jus divinum.

Secundùm hæc intellige, quod Scotus supra dixit in fine: Regulariter conceditur potestas baptizandi omnibus Sacerdotibus, non quòd velit passim omnes Sacerdotes licitè ex officio solemniter baptizare; sed quòd ex vi ordinationis suæ sint immediate capaces, quibus ab Episcopi committatur ordinaria administratio Baptismi solemniter, id est, quibus concedatur ordinaria jurisdictione. Quam capacitatem nulli habent præter Sacerdotes.

Et in hoc sensu veniunt explicandi, qui solis Episcopis videntur tribuere potestatem baptizandi, alijs autem Sacerdotibus tantummodo ex commissione eorum, ut videlicet Episcopis per se competat tam potestas Ordinis, quàm jurisdictionis; similiter & Pastoribus, eo ipso quo Pastores sunt; cæteris autem quamvis conveniat potestas Ordinis jure divino, tamen ad singula Baptismata communicari debet potestas jurisdictionis talis qualis ab ordinarijs Superioribus; breviter, Episcopi & Pastores sunt ministri ordinarij, reliqui delegati.

Inferes; ergo non est differentia inter Diaconum & simplicem Sacerdotem in ordine ad hoc ministerium. Probatur consequentia; quia, ut habet sequens pars conclusionis, de qua incipio tractare, etiam Diaconus potest esse delegatus, id est, ministrare solemniter sine in necessitate sine extra necessitate ex commissione proprij Sacerdotis.

Respondeo nihilominus negando consequentiam. Ad probationem dico, supposita ejus veritate, adhuc differentiam esse, quòd simplici Sacerdoti possit competere potestas ordinaria, Diacono non nisi delegata, ut factis probatur ex cap. Constat, supra citato ex illis.

Et Isidoro.

Confirmatur ex communi praxi Ecclesie.

Congruentiam assignat Scotus.

Quicquid Tertullianus.

Attribuens jurisdictionem primariam baptizandi Episcopis.

Quæ jurisdictione etiam alijs Sacerdotibus necessaria.

Ne turbetur ordo Ecclesie.

Colligitur ex cap. con. Iust. dist. 4.

ex Ithodoro de consec. dist. 4. quod hic totum recto: Constat Baptisma solis Sacerdotibus esse tractandum: eiusque mysterium nec ipsis Diaconis explere est licitum absque Episcopo vel Presbytero: nisi, his procul absentibus, ultima languoris necessitas cogat. Quod & laicis fidelibus plerumque permittitur, ne quissiam sine remedio salutari de saeculo evocetur.

Et Gelasio Papa.

Adde constitutionem Gelasij Papæ (sic est in plerisque manuscriptis, & apud Burch. & Lyonem, nam in impressis erat Pelagius) in Epistola ad Episcopos per Lucaniam c. 9. & 10. & referatur dist. 93. c. 13. Diaconus, inquit, propriam constitutionis servare mensuram, nec ultra tenorem patris canonibus deputatum, quippiam tentare permittimus. Nihil eorum suo ministerio penitus applicare, que primis Ordinibus proprie decrevit antiquitas. Absque Episcopo, vel Presbytero (id est, prater auctoritatem eius, inquit Glossa ibi) baptizare non audeant, nisi, praedictis sortibus Ordinibus longius constitutis, necessitas extrema compellat. Quod & laicis Christianis sacerdotibus plerumque conceditur. In quibus Canonibus

29.

Nota ly Solis Sacerdotibus, & ly, Quæ primis Ordinibus proprie decrevit antiquitas. Qui sint autem illi primi Ordines, satis significat Pontifex quando subdit. Absque Episcopo, vel Presbytero. Igitur omnibus Episcopis & Presbyteris, juxta mentem Gelasij, convenit ex vi Ordinationis primaria potestas baptizandi, atque ipsis solis conceditur potestas ordinaria jurisdictionis: Diaconis autem non nisi delegata. Cum enim non habeant potestatem ordinariam in corpus Christi verum, neque ut consistant illud, neque ut ministrent; planè conveniens erat, quod etiam non haberent potestatem ordinariam in corpus Christi mysticum.

Diaconus consecratur ut sit minister Episcoporum & Sacerdotum in Sacramento mentium administratione. Insuperate Romanam.

Interim licet non consecrentur ut sint Pastores Ecclesie; equidem ut sint ministri Episcoporum & Sacerdotum in Sacramentorum administratione. Unde Diaconis præ alijs inferioribus Clericis in ordinatione sua dicitur: Diaconum oportet ministrare ad altare, baptizare, utique solemniter ex rationabili consensu eorum, quorum interest; alioquin nihil speciale ipsis concederetur, & predicare, publicè in Ecclesia proponendo fidelibus verbum Dei.

Tertull.

Ideoque Tertull. agens de ministro Baptismi lib. de Baptismo c. 17. annumerat Diaconum Presbytero dicens: Dandi quidem (Baptismum) habetius summus Sacerdos, qui est Episcopus; debitu Presbyteri, & Diaconi. Similiter Hieron. contra Luciferianos. Inde, inquit, venit ut sine chrismate, & Epif-

copi iustione neque Presbyteri, neque Diaconi habeant baptizandi, Diaconi delegatum, Presbyteri ordinatum.

Ergo plus aliquid potest Diaconus in administratione Baptismi, quam Subdiaconus, aut alius inferior Clericus; atqui hic potest in extrema necessitate, ut vidimus Conclusionem præcedenti, baptizare sine solemnitate; ergo ille extra ultimam necessitatem; non absque Episcopo, vel Presbytero; ergo saltem ex ejus commissione, sive delegatione; non privatim; quia citra necessitatem Ecclesia non permittit Baptismum privatim, sed pro majori decentia requirit solemnitates consuetas; ergo solemniter.

Cæterum caveant Episcopus & Presbyter, ne cum præjudicio ministri principalis, & aliqui injuria Sacramenti, committant hoc ministerium sine rationabili causa Diacono, qui tantum est minister secundarius. Commissio ergo sit rationabilis. Et amabo quæ ista?

Respondeo, omnis illa, quæ sulcitur tali ratione, sive causâ, per quam Sacerdos legitime excusatur à ministracione per seipsum; ut si sint pauci Sacerdotes, & plures baptizandi, si propter infirmitatem non sine magno periculo possit munus suum exercere; si actionibus magis necessarijs ita occupatur, v. g. prædicatione verbi Dei, audientis confessionibus &c. ut plures satis parati accedentes, cum incommodo diu Baptismum debeant differre.

Ita Apostoli in primitiva Ecclesia, ut prædicationi novæ legis vacarent, videntur commississe Baptismum Diaconis: ex qua commissione Philippus Diaconus baptizavit Eunuchum Act. 8. v. 38. vix tamen hoc tempore, & in his locis id est in usu ob multitudinem Presbyterorum. Non ergo expectanda est extrema necessitas.

Sed numquid in hac licet absque commissione expressa? Ultima pars conclusionis affirmat: cum enim solemnitas Baptismi sit juris Ecclesiastici ubi & quando commodè potest adhiberi, & Diaconus aliquando solemniter baptizet ex ordinatione Ecclesie, scilicet quando id expressè ipsi delegatur à Sacerdote, non video quid obftet, quod minus in extrema necessitate, in qua ad licitè baptizandum neququam requiritur specialis commissio proprii Sacerdotis, quin, inquam, in tali casu rationabiliter præsumi possit generalis licentia Ecclesie seu Pontificis solemniter baptizandi. Licet ergo Diacono in extrema necessitate solemniter baptizare.

Numquid etiam Subdiacono, aut laico? Negat communis praxis, & Doctorum sensus;

Y y 2

Et ideo plus potest in administratione Baptismi, quam Subdiaconus.

Putat baptizare solemniter ex commissione Episcopi vel Sacerdotis.

30. Hæc commissio debet esse rationabilis.

Quæ sit rationabilis commissio.

Act. 8.

31. In extrema necessitate commissio non debet esse expressa.

Potest ex commissione Papæ Sub-

diaconus
solemniter
baptizati:

sensus; esto alioquin id possent etiam extra necessitatem ex speciali commissione Papæ, cujus est dispensare in jure Ecclesiastico, quod introducta est ista solemnitas, & illis prohibita.

Id de facto
non est ipsi
permissum.

Sed quare, inquis, non præsumitur rationabiliter commissio Papæ in casu necessitatis? Respondeo; quia nusquam in jure permittitur talibus Baptismus solemniter extra necessitatem, neque ullibi legitur Pontificem illum commississe.

32.

Dices; Diacono non aliud permittitur in ultima necessitate, nisi quod laicis plerumque conceditur; atqui, secundum jam dicta, laicis non permittitur Baptismus solemniter; ergo nec Diacono. Major constat ex cap. *Constat.* & cap. *Diaconos.* supra allegatis.

Non est eadem
de
Diaconis
ratio;

Respondeo istos Canones sic commode intelligi posse, ut sensus sit: Absque expressa licentia Episcopi, vel Presbyteri non audeant Diaconi solemniter baptizare, nisi prædictis fortassis ordinibus longius constitutis, necessitas extrema compellat. Quod & laicis Christianis facere (quoad substantiam, non quoad modum solemnitatis) plerumque conceditur. Plerumque, inquam, non quod non semper, quando necessitas urget; sed quia illa non semper, sed plerumque, id est, frequenter (ut sæpe Pontifices termino isto utuntur) occurrit; vel quia laicis Christianis non semper id conceditur, sed tantum in defectum Clericorum majorum Ordinum.

Atque, ut illi Canones non agerent de solemnitate Baptismi, sed solum de substantia, equidem existimo Diaconum posse solemniter baptizare, sicut extra necessitatem de licentia expressa proprii Sacerdotis, ita in necessitate de licentia præsumpta. Moveor auctoritatibus supra allegatis ex Pontificali Romano, Tertul. & Hieronymo.

33.
Adeoque
baptizans
solemniter
non fit irregularis;

Si inferas: Ergo Diaconus solemniter baptizans non incurrit irregularitatem. Optima illatio! pro cujus majori explicatione proponitur quæstio generalis: An qui invertit ordinem supra præscriptum, baptizando ubi & quando de jure ipsi non competit, incurrit irregularitatem?

c. 1. de Cler.
non ordin.

Ratio dubitandi sumitur ex c. 1. de Clerico non ordinato ministrante, quod est sequentis tenoris: *Si quis baptizaverit, aut aliquod divinum officium exercuerit non ordinatus, propterea temeritatem abiciatur de Ecclesia, & nunquam ordinetur.* Quod videtur intelligendum de quocumque non ordinato baptizante, quando ei non licet.

34.

Nihilominus dicendum Primò cum

Suario hic disp. 31. sect. 4. & alijs ab ipso citatis, textum illum intelligi debere de Baptismo solemniter. Glossa ibi verb. *Si quis baptizaverit.* Intelligi, inquit, ac si esset ordinatus, & ei liceret ex officio.

Colligitur ex titulo, & intentione Legillatoris; punitur quippe irregularitate, qui exercet actum Ordinis, cum non sit ordinatus; sed Baptismus privatim collatus non est actus Ordinis; cum non solum semper valeat, sed etiam unicuique non ordinato in necessitate liceat: ergo &c.

Laicus itaque conferens Baptismus privatim, præsentem etiam Sacerdote, non propriè peccat exercendo actum Ordinis, quem non habet; sed quia utitur extra necessitatem facultate, sibi solum concessa in necessitate.

Unde similiter peccaret simplex Sacerdos sic baptizans in præsentia Parochi; Et tamen quis dixerit ipsum exercere actum Ordinis, quem non habet? Ex quo etiam sequitur talem Sacerdotem non fieri irregularem, etsi ita baptizaret solemniter, injustè usurpando munus alterius.

Dicendum Secundò quemcumque Clericum non Sacerdotem, aut Diaconum ministrantem Baptismus cum solemnitate, sive in, sive extra casum necessitatis, vi juris allegati fieri irregularem; quia videlicet exercet actum Ordinis, quem non habet. Quin immo Suarez supra extendit hanc pœnam etiam ad Diaconum sic ministrantem propriâ auctoritate; neque excipit casum necessitatis: quia, inquit, nulla est necessitas, quæ cogat ad Baptismus solemnem.

Verumenimverò oppositum haud caret probabilitate; & quidem in extrema necessitate, cum, secundum communioem sententiam, non peccet Diaconus ministrando solemniter, quoniam id facit et tacita, ut diximus, commissione Ecclesie, quo jure incurrit irregularitatem? Liqueo sanè jus præcæsum esse pœnale, adeoque præsupponere culpam, idque mortalem, juxta communioem doctrinam in materia de censuris, propter gravitatem pœnæ, ut sit proportio inter culpam & pœnam.

Propter temeritatem, inquit lex, abiciatur. Quis autem judicat temerarium sequi sententiam probabilem? Aut quæ temeritas in ministerio probabiliter licito? Fateor per Baptismus privatim sufficienter subveniri cuicumque necessitati. Sed quid tum? Equidem potuit Ecclesia velle, & censetur prudenter voluisse Baptismus solemnem, quando commode potest haberi.

Majorum

36. Si extra necessitatem,
 Adhuc dubia est irregularitas

Majorem verisimilitudinem habet sententia Suarj in Diacono Baptizante solemniter extra necessitatem sine commissione expressa, aut tacita; cum certum sit, ipsum tunc mortaliter delinquere. Sed an solum usurpando jus alienum, an verò etiam exercendo Ordinem, quem non habet, dubium relinquatur; & ideo dubia irregularitas.

Sicut superius diximus ex Pontificali Romano Diaconum oportet ministrare ad altare, baptizare, & predicare; si ergo non exercet actum Ordinis, quem non habet, ministrando ad altare; cur potius baptizando exercebit? Scio Diaconum principaliter ordinari ad ministerium altaris; unde & illud sine cujuscumque consensu aut commissione licite exercet; sed dico minus principaliter sive secundario etiam consecrari ad solum baptizandum, sicuti ad predicandum.

Concludo: quandoquidem lex irregularitatis, de qua hic disputamus, sit poenalis; leges autem poenales regulariter odiosae, adeoque restringendae juxta Reg. 15. de Reg. Juris in 6. *Odia restringi, & favores conveniunt ampliari*, posset alicui non improbabilius videri, Diaconum minime ligari lege illa, etsi solemniter baptizet absque licentia rationabili Sacerdotis; jus enim loquitur de non ordinato, puta nec primario, nec secundario ad talem actum; negatio quippe utpotè malignantis naturae, ut loquuntur Philosophi, tollit totum, praefertim in odiosis.

37. Contrarium equidem est communis sententia, à qua non facile in praxi recedendum. Fundatur; quia licet Diaconus ordinatus sit minus principaliter ad baptizandum, tamen cum subordinatione ad licentiam sive commissionem ministri ordinarij; adeoque sine illa baptizans, exercet actum Ordinis, quem non habet; quippe non ordinatur, ut per se baptizet; sed potius ut sit aptus seu idoneus minister, cui committatur verbi divini praedicatio, atque solemnitas Baptismi ob rationabilem causam administratio.

38. Laicus solemniter baptizans probabiliter non est irregularis.
 c. 18. de sen. excom. in 6.

Dico tertio multi probabiliter docent, laicum solemniter baptizantem non fieri irregularem, eò quod in jure non reperitur haec irregularitas laicis imposita (quod tamen requiritur c. 18. de Sen. excom. in 6. ibi: *Licet in hoc remerare agat, irregularitatis tamen (cum id non sit expressum in iure) laicum non incurrit*) quippe caput supra citatum 1. de Cler. non ord. minist. juxta Titulum suum satis verificatur in Clerico.

Auctores pro hac sententia vide apud Suarium supra disp. 31. sect. 4. Ubi contrarium docet esse probabilius, eò quod verba textus sint generalia; *Si quis*, inquit Pontifex, *baptizaverit non ordinatus*. Constat autem laicum non esse ordinatum.

Nec refert quod de Rubrica Tituli dicebatur; quippe multi eruditi viri adnotarunt in aliquibus codicibus in illo Titulo non legi, *de Clerico non ordinato*; sed simpliciter, *de non ordinato*; & nunc, inquit Suarez supra, ita legitur in septem manuscriptis codicibus Gregorianis.

Accedit Decretalem illam longè esse antiquiorem Rubricà illius Tituli, ut proinde per illam Textus non debeat restringi. Aliud fortè est de Rubricis juris civilis, quae supponuntur esse eorundem Imperatorum seu Jureconsultorum, quorum sunt ipsae leges; Tituli autem Decretalium sunt Gratiani; vel aliorum; unde non habent tantam auctoritatem.

Et sanè mirandum foret jus magis velle punire Clericum, qui propter aliquem Ordinem minus alienus est ab hoc officio, quàm laicum, qui omnino caret Ordine. Nisi fortè propterea sit, quod illi sapius in hoc delinquant; quod etiam potuit esse ratio, quare compilatores Decretalium praefixerint Titulum, *de Clerico non ordinato*.

Quae cum ita sint planè arbitror laicum, qui sic baptizasset, non teneri se tamquam irregularem gerere; ad minus enim dubium est, an factum ipsius illà lege comprehendatur; adeoque dubitatur, an existat jus infligens irregularitatem pro tali Baptismo. Porro in dubio facti (excipio homicidium) non judicatur aliquis irregularis, minus in dubio juris. Cum ergo laicus in casu proposito non tantum dubitet, an verè incurrerit irregularitatem; sed etiam probabiliter possit judicare in foro conscientiae se eam non incurrisse; quis prudens, & obligabit illum in foro externo seculo scandalo?

Sed haec sufficiant de qualitate personae ministrantis; de quantitate autem quaeritur: An unus minister possit simul plures baptizare, aut plures ministri unum? Ad primam partem responsio erit

CONCLUSIO IV.

Potest unus minister simul plures baptizare applicando omnibus simul materiam & dicendo:

Y y 3

Suarez.

Verius est oppositum.

39.

Cum Rubrica textui debeat accommodari.

Maximè in Decretalibus.

40.

Manet nihilominus dubium an factum facti laici dicta lege comprehendatur.

Adeoque dubium an incurrit irregularitatem.

dicendo: *Ego vos baptizo* &c. validè semper, licitè non nisi in necessitate.

41.
Potes unus
simul plu-
res baptiza-
re, validè
semper
Scotus.

Ita docet Scotus 4. dist. 6. q. 2. n. 6. De tertio, inquit, membro divisionis, conceditur quòd iste plures simul aspergens, vel fundens, & simul proferens formam in plurali, dicendo: *Ego vos baptizo*: tamen peccat mortaliter: quia non servat formam impositam sibi ab Ecclesia, nisi forte esset tanta necessitas, quòd immineret mors omnium: & si quando singulos baptizaret sigillatim, aliquis eorum foret mortuus antequam alios baptizasset. Ubi requirit extremam necessitatem, id est, probabile periculum mortis alicujus sine Baptismo, nisi jam baptizaretur.

Hæc est communis Theologorum sententia, quæ probatur à simili in alijs Sacramentis: sic enim validè, & licitè in periculo naufragij unus plures simul absolvit à peccatis, dicendo, *Ego vos absolvo*. Similiter unus plures simul ordinar, dicendo: *Accipite potestatem offerendi* &c. *Accipite Spiritum sanctum* &c. Quidni & plures simul possit baptizare? Certe nec ratio nec auctoritas contrarium evincunt.

Illicite extra necessitatem.

Itaque quemadmodum in Absolutione v. g. forma virtualitèr est multiplex propter particulam, vos, quæ æquivalet particulis, te, & te, ita etiam in Baptismo: & sicut non licet passim plures absolvere simul, sed tantummodo in necessitate; ita quoque illicitum est propter consuetudinem, & communem praxim Ecclesiæ in contrarium, plures simul baptizare extra necessitatem; illicitum, inquam, saltem venialiter; probabiliter etiam mortaliter, ut supra docet Scotus, & rursus insinuat verbis statim citandis.

42.
An mortali-
ter vel ve-
nialiter,
disputatur.
Dicasillo.

Equidem Dicast. disp. 1. n. 138. probabilis judicat non esse mortale. Citat Vivaldum, Henr. Valent. & Reginaldum, nullo alio fundamento allegato. Verum tamen cum sit res gravis & illicita, quidni graviter illicita? Sed adversarij facile negant, & deberent negare gravitatem rei.

Scotus.

Interim malum sequi iudicium nostri Doctoris, qui etiam dubitat, an necessitas à mortali excuset, inquiens: An autem casus necessitatis, qui positus est de pluribus statim morituris, excusaret ministrum venientem illa forma, *Baptizo vos*, à peccato mortali; dubium est. Loquitur de suo tempore; nam modò post editum Rituale Romanum à Paulo V. indubitatum est excusare.

In necessitate licitè.
De quo suo tempore dubitavit Scotus.
Rit. Rom.

Hæc sunt verba Rit. Tit. de Sacramento Baptismi §. de baptizandis parvulis:

Quam tamen formam (*Ego vos baptizo*) in multis solum (loquitur de Baptismo monstro, quod est duplex persona, imminente periculo mortis) & in alijs similibus mortis periculo ad plures simul baptizandos, & ubi tempus non patitur ut singuli separatim baptizentur, alias nunquam licet adhibere.

Et hoc videtur rationabile: Quia, subnequit Scot. supra, ex quo in potestate Ecclesiæ fuit determinare istam formam ad illa verba, *Baptizo te*.... non videtur, quòd ista voluerit aliquem ita præcisè ad illam formam adhibere, ut per hoc alicui præcluderetur via salutis. Nunc autem in casu prædicto, alicui eorum præcluditur salus, si non posset aliquis sine peccato mortali uti ista formâ, *Baptizo vos*. Nam si in quocumque casu esset peccatum mortale, nullus deberet eos sic baptizare: nullus enim debet salutem alterius procurare, peccando in se mortaliter.

Ex quibus verbis colligi etiam minorem necessitatem posse sufficere, si Ecclesiæ velit. Sanè in partibus infidelium, ubi aliquando nescio quot millia uno die baptizantur, non apparet credibile, quòd super singulos eorum profertur integra & specialis forma Baptismi.

Et quis improbaverit, si dixerimus ita baptizasse Apostolos Act. 2. v. 31. circiter tria millia hominum? Videntur hoc supponere DD. quando afferunt Apostolos tinxisse tantam multitudinem per asperionem. Alioquin si supra singulos particularem formam pronuntiasent, æque commodè per infusionem baptizassent. Quidquid fit de facto, possibilitas est ostensa.

Hæc de prima parte questionis, ad secundam Respondeo:

CONCLUSIO V.

Plures unum validè possent baptizare; equidem vix unquam licitè baptizant.

Probationi ad majorem claritatem præmitto cum Doctore Subelli suprà n. 2. Plures baptizare, potest intelligi vel eundem suscipientem, vel plures suscipientes: & utrumque adhuc subdividitur, quia si eundem, vel utrumque totum facit, vel unus altit, & verba altit profert, puta unus unus est & tantum altit: alter manens est, & verba profert. Secundum etiam membrum subdividitur, quia si baptizatur plures, vel manifestè distinctos, vel manifestè, ut in monstro, de quo dubitatum si est una persona, vel duas.

De tertio & quarto membro hic non agimus; vel enim loquitur Doctor de Baptismo activo plurium, similiter & passivo plurium, hoc est, querit an plures ministri possint baptizare plures distinctos homines; & resolutio affirmativa est extra controversiam; vel querit, an unus plures simul possit aspergere, & proferendo formam baptizare, & ad illam quaestionem jam respondimus conclus. praeced.

44. Qualiter debet baptizari monstrum de quo dicitur an sit una persona, an duae res solvitur ex Scoto.

De monstro quomodo debeat, & possit baptizari diximus in fine praecedentis sectionis ex Rit. Rom. quod videtur suam doctrinam desumpsisse ex Scoto supra n. 7. Quapropter verba ipsius lubens hic exfero: Dico, inquit, quod si tempus haberi potest ad discernendum, an monstrum sit simpliciter una persona, vel dua; de hoc debet haberi diligens inquisitio antequam baptizetur.

Sed unde? Velle partibus, inquit, corporis, puta si sint duo capita, vel dua spinae dorsae vel principale indicium de cordibus; sed illud non potest esse facilliter evidens, dum vivit. Sed nec signum de duobus capitibus esse omnino certum: quia possibile esset aliquam cellulam in matrice esse perforatam per totum, praeterquam in parte superiori, & tunc concurrerent partes seminis eadem in diversis incantaturis matricis, pro tota parte inferiori, & tunc distinguerentur in parte suprema, & ibi formarentur duo capita, cum tamen reliqua materia non sufficeret, nisi pro formatione unius personae.

Evidentissimum signum distinguendum est per actum intellectus & voluntatis. Si enim sunt dua anime, non est necessarium unam scire quidquid scit alia, & velle quid vult vult alia: tamen raro, vel nunquam accidit, quod sint dua anime, quae sint duo capita, vel dua partes principales capitis, licet non e converso. Et si quo modo possit deprehendi diversitas intellectuum in intelligendo, puta quod per aliquod signum deprehenderetur idem sciri, & nesciri: vel possit deprehendi diversitas voluntatum, puta quod esset ibi velle, & nolle de eodem, absque dubitatione tenendum esset, quod essent ibi dua anime.

Uti si deprehendatur per aliquod signum quod idem sentiat & nesciat, idem velit & nolit.

Sed istud non potest indicari, nisi de monstro adalato, quale ponitur fuisse in Francia habens duo capita, quorum unum expressu nolle de eo, de quo aliud expressit velle. Unum enim voluit comere, & sobrie vivere, & aliud lascivire, & epulari: & cum unum per os suum excederet, reliquum clamabat se gravari. His praemissis de signis unius vel duplicis personae in monstro, hanc statuit Doctor resolutionem.

De tali monstro dico, quod si certitudo potest haberi, & sint partes, de quibus patet quod pertinent ad distinctas personas, separatim perscrutandi deberet ista pars, & illa, cum iteratione

forma in singulari super utrumque. Si autem certitudo haberi non possit, baptizandus est saltem in illis partibus, quae principaliter pertinent ad unum, cum forma in singulari: & secundo abluende sunt aliae partes, quae non videntur principaliter pertinere ad illum primum, & hoc cum forma, quae servanda est in illis, de quibus est dubium, quae ponitur extra de Baptismo & eius effecta cap. de quibus. Sed de monstro fatiis.

Venio ad primum membrum divisionis, de quo loquitur praefens conclusio, quam probo, & sic discuro: vel uterque baptizans facit totum; vel unus applicat materiam, & alter profert formam. Elige quod placet.

Eligo, inquis, secundum; & quid obstat quod minus valide huiusmodi ministri baptizent? Si dixeris, quia forma esset falla, haec quippe significat eundem esse qui abluit, & qui profert formam.

Contra; quod sit per aliquem tantquam instrumentum, moraliter censetur fieri per causam principalem? patet in iudice, qui furem suspendere dicitur, quamvis non nisi mediata id faciat per licentem tantquam instrumentum; sic etiam Dominus dicitur dare eleemosynam per famulum, occidere &c. Quidni etiam dicatur abluere? Atque hoc fundamento putant nonnulli huiusmodi Baptismum valere.

Accedit quod forma Graecorum hoc non importet, sed simpliciter abluitionem. Denique sensus formae Latinorum videtur esse: Ego confero tibi Sacramentum Baptismi.

Equidem invaliditas est certa, & constanter asseritur ab omnibus Doctoribus uno aut altero excepto. Dico, inquit Doctor supra n. 5. quod utroque scorsum aliquid faciente, & neutro totum simul sic abluente & profertente verba, nihil fit. Nec est alia ratio nisi institutio Dei, qui sicut voluit esse unum principale agens, ita voluit habere unum ministrum in collatione integra Sacramenti.

Unum, inquam, non tantum moraliter, sed etiam physice. Potuisset quidem Christus instituere hoc Sacramentum in abluitione physica, moraliter procedente a ministro profertente formam; sed requisivisse physicum processum, docet communis sensus, & praxis Ecclesiae, & apprehensio omnium fidelium, qui semper censuerunt rebaptizandum haeticum, si ministro e cathedra profertente formam, alter inferius profuderit aquam.

Probat Secundus Scotus ex verbis formae: Hoc, inquit, etiam apparet accipiendo istam formam, qua nos usimus: nam per verba illa, Scotus.

45. Probat conclusio principalis.

In casu quo unus materiam applicat alter formam profert.

46. Primum est institutio Christi Scotus.

Requiritis abluitionem physicam procedente a ministro profertente formam.

47. Probat secundus ex verbis formae illa, Scotus.

illa, proferens ea, significat se abluere: non autem debet oratio esse falsa, quae est forma Sacramentorum verorum.

Et ad replicam supra positam ex forma Graecorum, respondet: *Consimiliter etiam debet intelligi verbum Graecorum dicentium, Baptizetur &c. quia non est tantum deprecatio, sed etiam quaedam efficax oratio; ut sit sensus; Per istum actum meum circa istum baptizetur ille.*

Oportet sane ut sit idem sensus utriusque formae, & potius ex forma nostra colligenda est voluntas & institutio Christi.

Neque verum est formam Latinorum significare; *Ego confero tibi Sacramentum Baptismi; sic enim significaretur, quod forma conferret seipsum, cum haec sit pars Sacramenti; siquidem per formam partialiter confertur seu conficitur Sacramentum. Significatur itaque ablutio materialis, quae cum verbis, quae proferuntur, constituit unum & verum Sacramentum.*

Quid quæro est necessarium quod minister in actu signato, ut vocant, significet se conferre verum Sacramentum, aut effectum Sacramenti? Nonne satis est quod actu conferat ponendo materiam & formam? Ita quippe in actu exercito, ut loquuntur, significat se conferre Sacramentum; ut proinde non debeat hoc per formam exprimere.

Adde illam significationem valde esse impropiam, cum tamen nulla sit necessitas improprij intellectus; sed verba commodè possint intelligi prout sonant, id est, ut significant abluionem corporalem, quae per ipsum exercetur ministrum. Ipsum, inquam, qui formam profert exercetur, non moraliter, ut dixi, sed physicè secundum communem sensum, & praxim: alioquin unde considerando ista verba, non video clarè quod ista oratio esset falsa.

Unde quia aequaliter dubium esse potest, an valeat talis Baptismus, possit in necessitate adhiberi, quae tamen vix occurrere potest: nam mutulus possit facile abluere sumendo ore aquam, & inde illam effundendo, deinde statim subiungendo formam; vel formam inchoatà, *Ego te baptizo, aquam ore sumendo & effundendo, deinde formam prosequendo, In nomine Patris &c.* (nisi quod subinde iste modus nesciatur, aut non incidat) adeoque Deus non debuit ad hunc casum attendere in institutione sui Sacramenti.

Aliàs dicamus posse conferri hoc Sacramentum etiam per nutus, & alia signa sine verbis propriè dictis; nam pluries potest contingere, ut unus solum adsit, qui est mutus, quàm ut duo sint praesentes, quorum

unus sit mutus, & alter mancus. Admittamus in necessitate sufficere arenam, aut alium quemcumque liquorem praeter aquam, quae hactenus sunt inaudita; aut si quispiam aliquid istorum docuerit, ab omnibus exploditur, & habetur paradoxum.

Perinde autem est ad valorem, aut invaliditatem, siue plures illi ministri utantur formam communi exprimendo per se, siue in singulari per ly, *Ego*, siue in plurali per ly, *Nos te baptizamus* &c. quia semper significatur ablutio physicè procedere, saltem partialiter, ab utroque, quod in casu constat esse falsum; quia procedit totaliter ab uno solo.

Sed dicit aliquis; esto non valeat Baptismus quando unus abluit, & alter proferet verba; eligo primum, & inquiri, quare saltem non sit validus Baptismus quando uterque totum facit?

Haud video quin uterque validè baptizet, siue uno, siue duplici Baptismate, de quo dissero conclus. sequenti. Videtur esse Scoti supra n. 2. ibi: *De primo dico quod ille est baptizatus: quia non est verisimile quod unus faciens annullat factum alterius: sed si tantum unus eorum faceret, quod facit, factum esset; ergo nihil minus quod facit, factum est, alia similiter faciente.*

Nota ly *Similiter*, quod sic intelligi; si uterque in eodem instanti physico simul absolvant materiam & formam; cum enim hoc Sacramentum sit initerabile, qui prius absolvit materiam & formam, hic solus confecerit verum Sacramentum, posterior namque rebaptizat; constat autem rebaptismum siue rebaptizationem esse invalidam.

Ex quo facile ostenditur veritas posterioris partis conclusionis; siquidem prout communiter ministratur hoc Sacramentum, vix haberi potest, ut duo illi ministri physicè simul absolvant, adeoque uterque exponit se periculo faciendi Sacramentum ex sua parte invalidum. Omitto quod sit contra communem Ecclesiae praxim, etiam tunc, quando non esset periculum alicuius Sacrilegij.

Si dixeris, necessitas non habet legem, fateor; sed & illa rarissima est. Equidem si occurreret, non videretur illicitum sic baptizare, praesertim quando certus, aut valde probabilis esset valor utriusque Baptismi.

Quidni etiam quando sciretur unus Baptismus fore invalidum? Exemplum sit: aliquis moritur, & ministratur ei Baptismus cum tanta tarditate, ut creditur

Tam Latine, quam Graeco.

48.

Cujus verba significant abluionem corporalem ut a profertur procedentem physicè.

49.

Possit tamen propter dubium in necessitate taliter dari baptismus.

Quae vix ante est occurrere.

Zicet sciretur unius Baptismus fore invalidus,

Baptismus non perficiendus ipso vivente : cur sit illicitum prævenire, tamen si supponam Baptismum inceptum invalidandum? Illa quippe invaliditas non debet mihi imputari verè baptizanti, sed alteri, qui deberet desistere ab actione incepta, quando videt me jam absolvisse : si autem nesciat, neque hoc ipsi commodè indicare possim, non committitur nisi peccatum materiale, quod non teneor cum tanto incommodo proximi impedire. Sed hic casus est metaphisicus : & tota controversia hujus conclusionis magis speculativa quàm practica; quam propterea paucis judicio expediendâ.

52.

Et quidem quæ hæcenus dicta sunt satis certa & communia videntur, nisi quoddam aliquis dubitet, & non improbabile judicet utrumque Baptismum valere, etsi unus ante alium physicè compleatur, dummodò utriusque ablutio moraliter simul absolvatur, & similiter forma.

Dubitatur an valeat Baptismus dummodo utriusque ablutio & forma simul moraliter absolvantur,

Confirmat ex praxi Ecclesiæ in simili; recens quippe creati Sacerdotes Romæ; & ubi ritus Pontificalis Romani per omnia servantur, solent cum Episcopo proferte verba consecrationis, qui indubiè verè consecrant, & tamen certum est quòd non possint omnes physicè simul absolvere; ergo in tali casu censentur moraliter simul absolvere : & hoc sufficere probatur; quia aliqui qui posterius absolvunt, committerent sacrilegium, & essent irregulares conantes consecrare hostiam prius consecratam; ergo à simili &c.

53.

Sed ubi legerit omnes illos Sacerdotes indubiè consecrare, licet simul physicè non absolvant, nescio; hoc unum scio varias de hac re esse sententias, quas commodius referemus in materia de Eucharistia, ubi de ejus ministro. Clarum est paucissimos in illam transisse opinionem, ut putent omnes omnino consecrationes valere; unde etiam in multis Episcopatibus ille ritus non observatur, & ubi permittitur ad hoc maxime allaboratur, & monentur omnes, ut physicè simul quantum possibile est absolvant.

Similiter an recens creati sacerdotes consecrent licet simul eum Episcopo physicè non absolvant.

Hic ergo Auctor supponit tamquam certum, & cognitum, quod æquè dubium, & incognitum est; atque illud ad quod probandum adfertur; imò aliqui ex invaliditate Baptismi, probant invaliditatem consecrationis.

Aliud est de absolute sacramento.

Aliud est de absolute sacramento, quæ cum sit iterabilis super eadem peccata, suppositâ duplici eorum confessione, sicuti pluries successivè potest quis ab eodem absolvi validè, & licitè, ita etiam certò valet à pluribus simul physicè, aut moraliter impensa, de quo plura proprio loco.

Cæterum quòd in præfenti valeat utrumque Baptismus, quando physicè simul completur, breviter probatur; quia uterque baptizans ponit integram materiam & formam cum intentione conferendi Sacramentum per modum causæ totalis.

54.

Quando omnia simul physicè absolventur certò valet utrumque Baptismus,

Dico, Per modum causæ totalis; quia sicuti requirit Christus ut unus & idem minister applicet materiam, & proferat formam; ita etiam ut hæbeat intentionem totalem; aliàs quippe non erit unus minister in collatione integra Sacramenti.

Collatus ab utroque per modum causæ totalis.

Unde communiter docetur in materia de Pœnitentiâ, plures eundem absolventes invalidè uti hæc formâ: *Nos te absolvimus*; si solum intendant partialiter absolvere. Probatur; quia moraliter loquendo semper Sacramentum exponitur periculo nullitatis; deberent enim præcisè simul pronuntiare ultimam syllabam, qui est casus metaphisicus, ad quem non videtur Christus dedisse potestatem. Ergo à simili.

55.

Videò responderi posse negando consequentiam; & disparitas est, quòd Sacramentum Pœnitentiæ essentialiter, & totaliter, seu potius ultimò necessariò compleatur per verba absolutionis, quæ perdifficile est simul à duobus proferri, & completi in eodè instanti physico; at verò verba Baptismatis possunt præcedere applicationem materiam, quæ est ablutio corporalis; hæc autem eadem numero potest procedere à pluribus simul, videlicet ex eodè vase aquam effudentibus, aut baptizandum aque immergentibus.

Collatus enim partialis invalidat Sacramentum,

Quòd itaque generaliter ad hoc Sacramentum non possint validè concurrere plures ministri per modum causarum partialium, vel uno applicante materiam, altero formam proferente; vel utroque ablute, & uno proferente unam partem formæ, altero aliam; vel denique per intentionem partialem, sive dependentem à comministro, seu partiali ipsius intentione, optimè probatur ratione supra ex Scoto allegatâ: *Quia sicut Christus voluit esse unum principale agens, ita voluit habere unum ministrum in collatione integrâ Sacramenti.*

Et institutione divina,

Illâ autem voluntas potissimum colligitur ex communi sensu, & praxi Ecclesiæ. Exemplum etiam facti non habemus, aliudvè fundamentum, quo credi possit aliter esse institutum, quantumvis institui potuisset. Et certè nulla potest occasio, aut utilitas occurrere partialium illarum intentionum.

56.

Si objicias: in Pœnitentiæ Sacramento unus ponit materiam, alter formam; assigno disparitatem quòd in Baptismo materia sit actio ipsius ministri. Similiter in Extrema Unctione, Confirmatione, & Ordine; in Pœnitentiâ

Z z

Pœnitentia autem quasi materia sunt actus pœnitentis; quamvis & hic sit unicus minister, quia pœnitens non dicitur sibi ipsi ministrare Sacramentum; sed solus Confessarius proferens verba Absolutionis.

Restat dubium utrùm in his casibus sit unus Baptismus? Respondeo:

CONCLUSIO VI.

In utroque casu, sive quando unus plures, sive quando plures unum validè baptizant, sunt plura Baptismata.

§7. Cùm unus plures baptizat sunt plura baptismata.

In primo casu conclusio est communis, quam ut veritatem docet Scot. 4. dist. 6. q. 2. n. 6. ibi: Sed hic est dubium, utrùm tunc sit unus Baptismus? Videtur quod non: quia plures sunt baptizati, & per consequens plures baptismationes passivæ, & ita plures actiones & plures Baptismi. Sed oppositum videtur, quia non est nisi una forma: nam verba sunt tantum formaliter protata. Posset tamen magis concedi, quod sunt plures Baptismi, tenendo illud, quod dictum est, quod Sacramentum Baptismi est baptizatio passiva.

§8. Et tunc (prosequitur) ad argumentum dicendum, quod non oportet ad plurificationem aliquid, omnia, que sunt in illo, plurificari: sed sufficit aliquod eorum plurificari, ad hoc quod totum plurificetur; & illa etiam forma non est simpliciter una, quia h. vos, includit in se singulare pluries geminatum.

Ex qua solutione colligo perinde esse ad veritatem conclusionis, sive Sacramentum Baptismi sit baptizatio passiva, sive activa, sive utraque simul. Certum enim est semper aliquid eorum, que sunt in Baptismo, plurificari, scilicet ablucionem passivam, que necessariò reperitur in Baptismo, si non tamen quam pars ejus essentialis, saltem ut essentialis connotatum, ratione cujus ablucio activa virtualiter potest dici multiplex.

Sive Baptismi Sacramentum sit baptizatio passiva sive activa, sive utraque simul.

Sicuti ergo, secundum Scotum, satis est formam virtualiter multiplicari; pari quoque ratione sufficiens erit virtualis multiplicitas materiæ, non solum ad multiplicationem Sacramentorum materialium; sed etiam formalium, hoc est, ut Baptismus pluribus ab uno collatus in singulis distinctum habeat effectum. Itaque in primo casu plura inveniuntur Baptismata, etiam formalia, id est, plures gratiæ baptismales.

§9. An etiam in secundo casu? Pro parte affirmativa facit argumentum Scoti supra.

An etiam in secundo casu? Pro parte affirmativa facit argumentum Scoti supra.

2. ibi: Non potest idem esse à duabus causis totalibus: unus autem abluens & proferens verba est causa totalis in baptizando, hoc illa casualitate, que competit ministro ergo non potest idem Baptismus esse ab alio, qui sit idem causator in eodem ordine. Majorem probat, quia nihil causat, quo non existente, nihil minus est effectus.

Præterea, inquit, habens, & forma, que agit, sunt aliud & aliud, & forma multiplicata est aliud. Sed hic est aliud & aliud agens, sicut magistro competit agere: & alia & alia forma, que agit, quia alia & alia inveniunt in isto & in illo: ergo simpliciter alia baptizandi actio: sed subdit actiões respondet sua passio: ergo sunt ibi plures baptizaciones passivæ, & per consequens plures Baptismi.

Confirmatur à simili; quia plures unum & eundem sacramentaliter absolventes, efficiunt multiplex Sacramentum, etiam formaliter, hoc est, secundum effectum; ergo &c.

Tenent Primò, duplex confici Sacramentum Baptismi, id est, multiplex signum sacramentale completum & perfectum in principio & essentialiter; idque sive tota significatio sacramentalis statuitur in ipsa ablucione, ad quam se habeat forma ut conceptio, sive partialiter essentialiter etiam in ipsa forma.

Hanc esse sententiam Doctoris Subtilis putat Hiquæus in suo commentario ad locum citatum n. 12. Quippe cùm obiectum sit Sacramentum unitatem Sacramenti: sicut que minister est causa totalis respectu productionis verborum, & sic quantum ad unam partem effectus exterioris, qui est Sacramentum, erunt due cause totales; & hoc est impossibile, ita de parte effectus, sicut de toto.

Respondet n. 3. Difficile est quin alteram verba superflua, ita quod non sine per se pars unius Sacramenti: quia ponere duo eundem rationis esse partes unius, quod simpliciter esse perfectum, habendo alterum eorum pro parte, videtur superfluum. Quia autem superfluum, & cum proferentis, difficile est assignare, quia quia ratio illa, & ista, & ita utraque, vel neutra; quæ uterque aque complete, & consimili intentione profert. Responsionem querit.

Quibus verbis putat Vasq. Doctorem nostrum probare unitatem Sacramenti; sed errat; nam hæc ratione utitur ad probandum diversa esse Sacramenta, quod & ipsa ratio manifestè concludit quantum ad unum consequentiæ formalis; & quia non statim incidit Scoto responsio: Responsionem, inquit, querit, id est, querit responsionem, cui placet sententia asserens tali casu non plura, sed unum confici Sacramentum unum, inquam, materialiter, sive quantum ad unum sacramentale aptum causare gratiam in sub-

in subiecto disposito, quamvis hic & nunc non causet.

Siquidem & in eo fallitur Vasq, quod existimet Scotum loqui de Sacramento quasi in actu secundo, & respectivè ad effectum causatum in suscipiente. Causam erroris dedit hæc additio (quæ immediatè subnectitur verbis supra citatis) *Dici potest, inquit quidam, quod baptizatio huius, vel illius valet, scilicet cuius baptizantem Deus acceptavit. Cuius verò determinatè, nobis penitus incertum est, solus novit Deus, & cui voluerit revelare*: quam additionem Vasq, non discrevit à textu, fortè quia in antiquis exemplaribus eodem caractere impressa.

Et quamvis essent verba textus, non probant unum Baptismum nisi formaliter seu moraliter, id est, quoad effectum, vel etiam, si placet, materialiter, seu quoad esse Sacramenti, non ut Vasq, imaginatur, quasi ex actione utriusque ministri unum aliquod exurgat signum sacramentale; sed quia unius actio superfluit, sicuti secundus Baptismus successivè applicatus.

Rejicit autem Vasq, disp. 148. c. 2. n. 10. rationem supra positam ex Scoto: Nam ex eo, inquit, quod aliquid comparatione Sacramenti ita se habeat, ut sine illo rectè constare possit, non sequitur ad constitutionem ipsius Sacramenti non concurrere. Nam si quis confiteatur peccata antea confessà & absoluta, nemo negabit confessionem horum peccatorum, simul cum alijs antea non absolutis, concurrere ad constitutionem Sacramenti; cum tamen sine illa Sacramentum alioquin rectè constare possit. Ergo unus Baptismus cum altero potest concurrere ad constitutionem integri Sacramenti, quamvis ambo seorsim sufficerent.

Respondeo negando consequentiam; ratio disparitatis est facilis; constat quippe peccata non esse materiam proximam, & ex qua Sacramenti poenitentiae, sed remotam, & circa quam. Quin licet tot essent confessiones, quot sunt peccata, forma tamen, id est, absolutio, in qua sola, juxta doctrinam Scoti, consistit essentialiter Sacramentum, unica est, ideo & unicum Sacramentum.

Potè in præsentì secunda ablutio, & forma correspondens est fundamentum proximum & ultimò constitutivum novæ significationis, nullum dicens ordinem ad aliam materiam vel formam; æqualiter enim significant utraque materia & forma, ac si seorsim ponerentur.

Immo quamvis duo ministri simul abluerent, equidem forma uniuscujusque caderet super partem tantùm abluitionis, illam scilicet quæ est ab hoc vel illo profrente; quippe

forma significat abluitionem ut egredientem ab eo, qui illam pronuntiat; adeoque significatum materiale utriusque est diversum numero, si non physice; quia potest esse una physica numero ablutio, saltem moraliter, hoc est, in quantum est signum sacramentale.

Cæterò qui ex duobus seriùs finiret, non poneret signum sacramentale falsum; cum ipsius forma aut materia non sit signum distinctum in contraria sententia, & signum antea positum, cujus est pars sit verum. Breviter ergo ratio conclusionis est; quia in utroque casu est duplex materia, & duplex forma saltem virtualiter, per consequens duplex significatio sacramentalis, adeoque duplex Sacramentum.

Teneo Secundò, duplicem illum Baptismum eundem causare effectum. De caractere constat, quia idem subiectum unius solùm characteris est capax. De gratia supponunt potius, quàm probant DD. Ratio aliquis est; quia Baptismus non est institutus ad augmentum sui effectus; sed ad semel spiritualiter regenerandum; sicuti Confirmatio ad designandum militem Christianum; & ordinatio ad constituendum Ecclesiæ ministrum; & ideo sunt Sacramenta initerabilia.

Aliud est de duplici Sacramento Poenitentiae, cum enim Poenitentia instituta sit per modum iudicii, sicut iudicium est multiplicabile super eisdem peccatis; ita & absolutio sacramentalis; & quemadmodum secunda absolutio successiva confert distinctam gratiam, ita nulla est ratio diversum effectum negandi absolutioni simultaneæ. De quo plura in materia de Poenitentia.

Equidem adhuc manet duplex argumentum Scoti supra. Primum: *Non potest idem esse à duabus causis totalibus &c.* Respondet Doctor n. 3. *Concedo illam maiorem de causa inducente formam effectivè, hoc est, de causa physica; hic autem inducit formam, hoc est, physicè causat gratiam, Deus, non minister, neque Sacramentum, ut ostendimus disp. præced. sect. 4. conclus. 2.*

Replicat Doctor: *Saltem formam Baptismi, ut est Sacramentum, id est, prolotionem verborum & abluitionem, inducit minister, & sic sunt duæ causæ, & utraque totalis.*

Respondet: *Si uterque abluat, neuter in abluendo est causa totalis; & hoc sive ablutio fiat immergendo (tunc enim ambo movent corpus immersi uno motu causato à virtute motiva amborum; & licet alter possit illum motum causare, tamen quando simul movent, neuter utitur totà suâ virtute motivâ, quâ possit eâ uti, sicut apparet, quando duo portant unum pondus, quod alter solus possit portare)*

Z z z

Sumptè errandi occasione ex verbis Scoti ab alio auctore insertis:

Quæ licet Doctoris essent necdum contra conclusionem probarent.

62. Uti nec ratio à Vasquez allegata.

Quæ refellitur.

Assignatè disparitate inter Sacramentum Poenitentiae & Baptismi.

63.

64. Resolvitur à duplicem illum Baptismum causare eundem effectum.

Allud descendendum de duplici Sacramento Poenitentiae.

65. Contra antecedentia argumentum primum Scoti. Responsio eiusdem.

Replica contra replicationem.

Responsio ad replicationem.

portare) sive fiat perfundendo, vel aspergendo, licet uterque madefaciat aqua à se perfusa, vel aspersa; neuter tamen madefacit tota illa madefactione, qua est per asperionem amborum.

Quæ non satisfacit.

Vidit Doctor hanc responsionem non satisfacere, & ideo subiungit: Sed adhuc videtur stare difficultas; quia uterque est causa totalis respectu prolationis verborum &c. Adde utrumque esse causam totalem non quidem totius madefactionis; sed sufficientis ad verum & integrum Sacramentum Baptismatis. Eapropter in fine istius numeri. 3. ait. Responsionem quære. Quæsi, & iudicet æquus lector an invenerim.

66. Subiungitur alia ipsius auctoritas.

Duplex Baptismus potest esse causalivus eiusdem gratiæ.

Dico ergo utrumque ministrum esse causam totalem physicam prolationis verborum, ablutionis quoque si diversa numero ab utroque egrediatur; & idcirco duplicem esse Baptismum materialiter, id est, duplex signum totale ablutionis corporis & animæ, adeoque & duplex causa totalis moralis, eiusdem tamen gratiæ; nil enim repugnat Deum moveri ad conferendam unicam gratiam ab utroque Sacramento, quamvis ab altero solo sufficienter moveretur ad eundem effectum.

Et esto moveatur Deus totaliter ab uno Sacramento tantum, aut etiam partialiter ab utroque, parum interest quid dicatur; totum enim pender ab arbitrio Dei, de quo nobis non satis constat. Sane si partialiter moveretur ab utroque, iam argumentum Scoti, desumptum ex ordine ad effectum, per se corrui. Similiter si ab uno solo.

67.

Neque hinc sequitur vel neutrum, vel alterum saltem non esse verum Sacramentum; quippe ad rationem veri Sacramenti totalis, & distincti à quocumque alio, non requiritur, ut actu causet totum effectum gratiæ, vel ejus partem; sed sufficit ut natum sit causare se solo gratiam justificantem, quam significat, nisi inveniat impedimentum.

Quam est unus actu non causa- ret equi- dem foret Sacramen- tum;

Sacramenti enim signi- ficatio non coincidit cum eiusdem causa- tione.

68.

Ut ostenditur in extrema Unctione;

Unde significatio sacramentalis non coincidit cum Sacramenti causatione seu influxu: siquidem veritas ejus practica non pendet ab effectu posito, sed è contra: quippe veritas sicut & significatio denotant solum posse & efficaciam quantum est ex parte Dei & Sacramenti, quam efficaciam habet uterque ille Baptismus, id est, utraque prolatio formæ cum proportionata ablutione sive simul ponatur, sive seorsim.

Confirmatur à simili in Extrema Unctione, quæ est verum signum Sacramentale, quamvis propter indispositionem infirmi nullum omnino effectum, nec jam, nec postea causet in anima suscipientis. Quod ergo in casu proposito illa duo signa sacra-

mentalia in actu secundo concurrant ad eundem effectum, sive tamquam cause totales, sive partiales; vel etiam quod alterum nullo modo concurrat, minime facit, ut vel non sint signum sacramentale, vel ut in esse unius signi efficacis communicent, nisi aliquo modo se habeant ut partes; quod equidem Adversarij negant, & merito.

Enimvero sæpe contingit, ut plures res numero distinctæ, vel etiam specie physica, idem omnino significant; sic vox græca & latina, quæ sunt signa materialiter diversa, habent tamen idem significatum. Pari modo eadem res potest significari per verba, per natus, per alia signa realiter distincta. Et in proposito Circumcisio, in sententia magis communis, & Baptismus, idem partialiter significabant; videlicet deletionem peccati originalis, & tamen erant signa diversa & Sacramenta, etiam quoad hunc effectum. Igitur ex unitate significati seu effectus non recte delimitur unitas Sacramenti physice loquendo.

Nihilominus talis non debet dici bis valide baptizatus, sed semel duplici Baptismo: sicuti simul accipiens duo vulnera, non dicitur bis vulnerari, sed semel duplici vulnere.

Dico, physice loquendo; quia moraliter tantum est unum Sacramentum, seu sacrum signum, & unus Baptismus; tum ratione ejusdem subjecti, tum ratione ejusdem principalis agentis, in cuius virtute ministri operantur; tum maxime, imò, ut verius loquar, solum (nam si duo priora sufficienter ad unitatem morale omnia Sacramenta eidem collata essent unicum moraliter, quomodo nemo loquitur) ratione ejusdem numero effectus significati, & producti: totum siquidem illud signum ab utroque adhibitum non plus, aut aliud significat, vel efficit, quam si esset unica ablutio, & unica forma posita.

Quemadmodum plures consecrates eandem hostiam non plus significant, vel efficiunt, quam si unus solus verba consecrationis pronuntiaret; sive singuli dicantur causa totalis (quod non repugnat) sive tantum partialis, si prius repugnet, aut foret inconveniens. Sicque concitari possunt DD. quorum aliqui volunt in secundo casu conclusionis esse unicum Sacramentum, alii qui esse duplex.

Doctor Subtilis neutram partem assertivè docuit; sed proposuit rationes dubitandi, & reliquit insolutas. Unde ad secundum argumentum; Si agens, & forma eundem agunt, sunt aliud & aliud, & forma videtur esse aliud; sed hic est aliud & aliud agens, sicut

sicut ministro competat agere, & alia & alia forma, quâ agit, quia alia & alia intentio in isto, & in illo, ergo simpliciter alia baptizandi actio. Sed cuiuslibet actio correspondet sua passio; ergo sunt ibi plures baptismationes passiva, & per consequens plures Baptismi.

Ad illud, inquam, responderet n. 4. De actione si ponatur in passio, vel in agente dubium est. Si in passio, non est plures realiter, nisi passiones sint plures; nec passiones sunt plures, quando forma recepta in passio, una est. Et hoc tenendo, neganda esset illa propositio maior, que accipitur à Commentatore. Si autem actio ponatur in agente, sive absolutum, sive respectus ad passum; tunc potest concedi maior: sed tunc illa est falsa; diversis actionibus correspondent diversa passiones. Quodcumque ergo modo dicatur de actione, non ponitur plures esse passivas baptismationes, sed unicam.

Ex quo infert, quod Sacramentum Baptismi magis est baptizatio passiva, quam activa: quia multiplicata baptismatione activa non multiplicatur passiva, nec Baptismus, quia passiva est una.

Ut autem ostendat se id non absolute docere, sed relinquere disputationi suorum discipulorum, statim subdit: Istud autem illatum videtur probabile, quia baptizatus proprie suscipit Sacramentum: suscipit autem proprie ablationem passivam & non activam, nisi dicatur idem realiter.

Ecce quomodo Doctor omnia relinquit incerta, & insoluta, nolens quidpiam determinare, quod posset alterutri parti præjudicare: communis tamen citatur pro sententia D. Thomæ 3. parte q. 67. art. 6. in corp. ibi: *Et uterque quantum est in se baptizaret, scilicet physicè. Nec traderent aliud, & aliud Sacramentum, morale, sed Christus, qui est unus, interius baptizans per infusionem gratiæ justificantis, & abluentis peccatum originale, unum Sacramentum per utrumque conferreret, unicam eandemque gratiam physicè efficiendo; quæ est Scoti, nostra ac verissima doctrina, à qua transco ad aliam non minus veram atque communem, expressam in c. debetum. 4. de Baptismo & ejus effectu.*

CONCLUSIO VII.

Oportet baptizantem esse personaliter distinctum à baptizato ad hoc ut Baptismus valeat.

Ita Innoc. III. Metensi Episcopo, & refertur cap. debetum. 4. de Baptismo &

ejus effecta: Sane intinasti, quod quidam Iudeus in mortis articulo constitutus, cum inter Iudeos tantum existeret, in aquam seipsum immergit, dicendo: Ego baptizo me in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, amen. Respondemus, quod cum inter baptizantem & baptizatum debeat esse discretio, sicut ex verbis Domini colligitur, dicentis Apostolis: Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, memoratus Iudeus est denuo ab alio baptizandus (ergo non solum illicite, sed etiam invalide antea fuerat à seipso baptizatus) ut ostendatur, quod alius est qui baptizatur, & alius qui baptizat.

Ad quod, inquit Scot. 4. dist. 6. q. 4. n. 2. adducitur à Pontifice figura, autoritas, & ratio congrua. Figura est; quia Christus ad hoc signandum, non à se, sed à Iohanne baptizari voluit. Autoritas colligitur ex verbis Domini dicentis Apostolis: Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij &c. Vbi discipulus exprimit in secunda persona, & baptizatus in tertia. Ratio, que immutur ibi, est ista, quia in Baptismo celebratur illa spiritualis generatio, de qua veritas ait: Oportet vos nasci denuo. Sicut ergo in carnali generatione alius est, qui gignit, & alius, qui gignitur: ita & in sacramentali generatione alius debet esse, qui spiritualiter generat, & alius qui spiritualiter generatur.

Hæc sit congruentia facti; nam, si spectemus potentiam Christi instituentis, non dubium, quin uti potuisset proprio ministerio hominis ad seipsum spiritualiter regenerandum. Poterit non ita voluisse ab initio Ecclesia intellexit. Voluntas ergo Christi est ratio à priori, quæ satis clarè exprimitur in forma Baptismi, quæ Ecclesia latina semper usa fuit. Et quamvis forma Græcorum hanc distinctionem non ita explicitè significet, tamen sic debet explicari, ut sit æquivalens formæ Latinorum, quæ est regula fidei potius quàm forma Græcorum, qui à vera, Catholica & Romana Ecclesia recesserunt.

Planè conveniens erat, ut quemadmodum in politijs humanis nullus à seipso adscribitur certæ civitati, aut familiæ; sed ab aliquo illius civitatis, vel familiæ, cuius ambit incorporationem; ita quoque nullus incorporaretur Ecclesiæ per seipsum, sed per alterum, paganum licet, aut infidelem, qui etsi non sit de Ecclesiâ per fidem & characterem, est tamen per auctoritatem & intentionem, quæ vult facere, quod facit Ecclesiâ.

Ex quo non difficulter responderetur ad id, quod sibi objicit Scotus supra n. 1. Quia

ex Innoc. III. c. debetum. de Baptis.

Scotus.

Met. 28.

Jan. 24.

73.

Ratio à priori est voluntas Christi.

Assignatur insuper convenientia.

74. Rejicitur si quis dicit.

71. Sed omnia reliquit incerta & insoluta. D. Thom.

72. Probat conclusio.

Quia sacerdos, inquit, potest sibiipsi dare Eucharistiam, ergo etiam Sacramentum Baptismi.

Ex Christi voluntate instituentis Eucharistiam

Per modum cibi & potus.

Secundum

Disparitatem quis non videat? Nam ex continua praxi Ecclesie nil certius est, quam voluntatem Christi fuisse, ut seipsum Sacerdos in Missa communicaret: quod autem seipsum baptizaret, quis umquam legit, Ecclesia approbante, in ea practicum fuisse? Deinde Eucharistia instituta fuit per modum cibi & potus, sive per modum nutritionis spiritualis: jam autem experientia convincit, hominem sibiipsi applicare cibum & potum naturalem, quibus corporaliter nutriatur.

Sed quid ad hanc objectionem Doctor Subtilis? Respondet n. 3. Dico quod susceptio Eucharistie non est Sacramentum sed est comestio, seu perceptio sacramentalis: Baptismus autem est Sacramentum.

Et si arguas, Sacerdos saltem ministrat sibi Sacramentum in Eucharistia: ergo pari ratione potest illud. Respondeo, ministrare illud Sacramentum, non est Sacramentum, quia Sacramentum illud non consistit in usu, sed ministrare Sacramentum Baptismi est ipsum Sacramentum.

Et tamquam quoddam permanens distinctum ab alio Sacramenti.

Et ratio diversitatis est, quia Sacramentum Baptismi consistit in usu essentialiter, & non in aqua.... Eucharistia autem est quoddam permanens distinctum ab usu Sacramenti: quamvis ergo aliquis possit esse in usu Sacramenti permanentis minister, & suscipiens illum usum: non tamen potest hoc in Sacramento, quod essentialiter consistit in usu; ut manifestum est in ceteris Sacramentis.

75.

Cumque eorum aliqua sint iterabilia, ut Pœnitentia, Extrema Unctio & Matrimonium; alia autem, ut Confirmatio & Ordo initerabilia, ut suis locis dicitur; queritur hic an Baptismus prioribus, an verò posterioribus debeat adnumerari, hoc est, utrum Baptismus possit iterari, sive utrum minister licite ac valide possit baptizare antea baptizatum?

Pro resolutione notandum Baptismus priorem, vel esse certò validum, vel solum probabiliter, aut sub dubio. Si primum, hæc conclusio tenetur ab omnibus pro infallibili.

CONCLUSIO VIII.

Non licet iterare Baptismus: & etiamsi iteretur de facto non habet effectum.

76. Baptismus certò validus.

Sunt verba Doctoris Subtilis 4. dist. 6. q. 7. n. 2. Et hoc, inquit, dicunt auctori-

tates Sanctorum. Sufficiat auctoritas D. Augustini quam allegat Doctor n. 1. ex Epistola 207 ad Maximinum, & refertur dist. 4. de Consec. c. 108. Rebaptizare hæreticum hominem qui hac sanctitatis signa perceperit, qua Christiana tradidit disciplina, omnino peccatum est. Rebaptizare autem Catholicum immansuetum scelus est.

Eodem modo loquuntur alij Patres, & observat universalis praxis Ecclesie. Quidni observaret, quod in Concilio Florentino fuit definitum? Eug. IV. in decreto Unionis §. Hac omnia Sacramenta. sic inquit: Inter hæc Sacramenta tria sunt Baptismus, Confirmatio & Ordo, quæ characterem, id est, spirituale quoddam signum à ceteris distinctivum, imprimunt in anima indelebile: unde in eadem persona non reiterantur.

Consonat Concilium Tridentinum, sess. 7. de Sacramentis in genere can. 9. Si quis dixerit in tribus Sacramentis Baptismo scilicet, Confirmatione & Ordine, non imprimi characterem in anima.... unde ea iterari non possunt, anathema sit.

Hujus veritatis Catholice ratio à priori, inquit Scotus n. 3. est institutio divina, cui non est aliqua causa prior, nisi voluntas eius. Nam una ratio, quæ ab aliquibus ponitur, quia Christus semel est mortuus, & Baptismus virtutem habet ex passione Christi, juxta illud Apostoli Rom. 6. v. 3. In morte ipsius baptizati sumus, non conclusit. Quia (inquit Scotus n. 2.) & Pœnitentia virtutem habet à passione Christi, absolutio enim, nisi prima gratia non datur inimico, nisi per meritum mediatoris: & tamen Pœnitentia iteratur.

Alia etiam ratio; quia in Baptismo imprimitur character, qui est indelebilis reiectur à Doctore ibidem; quia probat propostum manifestum per immansuetum: à principio enim, ex quo Baptismus fuit institutus, fuit manifestum de eo, quod non licet eum iterari: quod autem character imprimatur, non est notum ex prima eius institutione, nec ex tota scriptura, neque etiam ex multis auctoritatibus Sanctorum. Vide dicta disp. præced. sect. 4. conclus. 5.

Nec obstat, quod Scotus hic solum loquatur de licito, sicut & auctoritas D. Augustini supra allegata, & pleræque alie auctoritates Sanctorum Patrum: enimverò si non est invalidus, cur illicitus?

Respondes; quia Ecclesia prohibet. Sed inquiri rursus; cur Ecclesia ita universaliter quoad loca, tempora, personas prohibet, si ex sua institutione recipi potest cum tanto fructu, quod primitus conferretur? Vel si numquam fructuosus ulli homini eodem modoque disposito, ut quid validus? Certè valor Sacramenti non subsistit sine effectu.

Secl. 5. De Ministro Baptismi. Concl. 8. 367

effectu in homine disposito. Aut si aliquando utilis, mirum profecto Ecclesiam nunquam in se agnovisse potestatem iteratum Baptismum permittendi.

79. Si autem a me queritur, unde sciant SS. Patres Christum sic instituisse Baptismum? Dixit Apostolus ad Ephes. 4. v. 5. *Unus Dominus, una fides, unum Baptisma.* Quod deo intentum probant Leo Papa Epist. 37. c. 1. & Epistola 79. ad Nicetam c. 7. Ambr. lib. 2. de Poenitentia c. 2. quamvis non evidenter; nam commodè explicari potest hæc Scriptura de unitate specifica Baptismi, & non de numerica.

Veluti illam interpretatur D. Aug. de unitate specifica fidei lib. 13. de Trinit. c. 2. in fine ibi: *ita dicitur eadem credentium fides una, quemadmodum eadem volentium voluntas una; cum & in ipsis, qui hoc idem volum su voluntas sit cuique conspicua, alterius autem lateat, quamvis idem velis.*

Imò sic explicari debet ad litteram: cum ibi Christianos tamquam filios unius Dei, Sacramento unius Domini aggregatos, in una fide, & fidei symbolo, scilicet Baptismo (quò & renati, & fratres effecti) ad unitatem spiritus adhortetur, ut patet ex versu 1. 2. & 3. eiusdem capituli, ubi sic ait Apostolus: *Obsecro itaque vos ego vincit in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, quæ vocati estis cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.*

Ad hoc autem parum refert, si in unoquoque solùm sit unus numero Baptismus, vel plures. Multum autem intererat unitas Baptismi secundum speciem; ut quemadmodum ipsi eodem modo baptizabantur, & eodem modo credebant, & in hoc non discrepabant, ita etiam moribus contrarijs non essent, sed omnino convenirent.

De eadem unitate specifica intelligi potest quòd dicitur in Symbolo: *Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum.*

80. Ideo aliter, & melius probatur, cum Ambr. supra, & passim veteribus Patribus initerabilitas Baptismi, ex illo ad Heb. 6. v. 4. *Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum celeste, & participes facti sunt Spiritus sancti... & prolapsi sunt: rursus renovari ad poenitentiam.* Quòd etiam non possit intelligi de renovatione post lapsum per Poenitentiam, quæ semper utilis est durante vita, intelligi debet de renovatione post lapsum per Baptismum, quæ vocat Apostolus, sicut & PP. passim illuminationem, quæ per fidem illuminatur; Baptismus autem est Sacramentum fidei.

Sunt tamen qui præferant expositionem Anselmi, Lyrani, Hugonis, & aliorum intelligentium de illis, qui postquam per fidem illuminati sunt, à fide recesserunt, quos impossibile est, hoc est, valde difficile renovari ad Poenitentiam, quippe voluntariè apostatantes à vera fide, sibi ipsi præcludunt omnem conversionis viam; cùm fides sit humane salutis initium, fundamentum & radix omnis justificationis.

Colligo ex sequentibus: *Terra, inquit v. 7. sepe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur; accipit benedictionem à Deo: proferens autem spinas ac tribulos, infidelitatis, reproba est, & maledictio proximi: cuius confirmatio in combustionem.*

Ut autem ostendat Apostolus se non loqui de omnimoda impossibilitate Poenitentiae, continuo subdit: *Considimus autem de vobis dilectissimi meliora & viciniora salutis, tamen si ita loquimur: quasi dicat: spero quòd nihilominus Deus propter bona vestra opera (non enim, inquit ibidem v. 10. iniustus Deus ne obliviscatur operis vestri & dilectionis) per gratias prævenientes faciet, ut faciatis dignos fructus poenitentiae præbendo vires efficacissimas voluntati.*

Simili modo loquitur D. Paulus de his apostatis plerumque obduratis c. 10. v. 26. *Voluntarie enim peccantibus nobis per recessum à fide, post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquunt pro peccatis hostias, non quòd omnino impossibilis, sed quia rara & difficilis.* Constat siquidem apud omnes Theologos nullam gravitatem, multitudinem, vel iterationem peccatorum impedire absolute eorum remissionem per Poenitentiam; licet alij præ alijs sæpius à Deo ad Poenitentiam vocentur.

Igitur neque locus Apostoli ad Heb. 6. v. 4. quidquam convincit; quamquam propter auctoritatem Patrum, veritas conclusionis ex eo probabiliter possit deduci, quasi diceret Paulus: *Intermittamus dicere de Poenitentia ab operibus mortuis, scilicet præcedente Baptismo, & non laboriosa (de qua præcesserat sermo) quia impossibile est per Poenitentiam, scilicet talem, renovari, rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei; utique quia Baptismus exprimit mortem Christi.*

Relinquitur ergo optima probatio ex traditione totius Ecclesie, cujus testis est Clemens Romanus lib. 6. constit. c. 15. *Optimè ex ibi. Eadem ratio continet sine uno solo Baptismo, qui in Domini mortem traditur... Neque impiorum Baptismo recipitur, neque is qui per sanctas administratur, aliter Baptismo debet*

81. Qui tamen locis etiam aliam admittit expositionem.

Heb. 201

Unde veritas conclusionis ex illo tantum probabiliter deducitur

82.

Optimè ex traditione totius Ecclesie,

Cujus testis est Clemens Romanus.

irritus effici, ut enim unus est Deus, & unus Christus, & Paracletus unus, sic unus est Baptismus, qui in eius nomine datur.

Et paulo inferius: Verumtamen initiatos Baptismate, iterum baptizare tentantes, crucifigunt Dominum, iterum eum interimunt, derident divina, elidunt sancta, insultant Spiritui, sanguinem sanctum veluti communem contemnent, peccant in mittentem, in passum, & in resuscitantem.

Concordat Can. 47. Apostolorum.

Concordat can. 47. Apostolorum. Episcopus, inquit, aut presbyter, si eum, qui secundum veritatem habuerit Baptisma, denuo baptizaverit, aut pollutum ab impijs, hoc est, baptizatum ab hæreticis non servantibus syneceram formam Baptismatis, non baptizaverit, deponatur tanquam deridens crucem & mortem Domini.

Ut quid hoc? Quia Baptismus repræsentat mortem, sepulturam & resurrectionem Christi, teste Apostolo ad Rom. 6. v. 3. 4. & 5. An ignoratus quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.

Unde sicuti Christus semel tantum pro peccatis nostris mortuus est, & semel resurrexit: ita & nos per Baptismum eidem consepulti, & per eundem resurgentes, non possumus iteratò sepeliri, ne significemus Christum iteratò posse mori, & sepeliri. Atque hæc sit prima congruentia voluntatis instituentis.

83. Congruentes rationes assignat Scotus.

Enimvero ista institutio est rationabilis, ait Doctor supra n. 3. tum ex morbo, contra quem principaliter instituitur (istud remedium enim principaliter instituitur contra originale peccatum, quod non est nisi unicum: nec iterari potest) tum ex fine principali, ad quem est: habet enim plenam remissionem peccati & culpæ: si autem posset homo habere frequenter talem remissionem plenam ab utroque, esset magnum incentivum delinquendi. Illud enim quod est institutum in remedium relabentium, utpote Penitentia, non est sine magna pena solvenda pro peccato. Tum tertio, quia per istud Sacramentum cum sit principium & ianua, per quam intratur in legem Christianam: adscribitur aliquis familia Christi, & sit membrum eius & Ecclesie militantis. Licet autem aliquis ingressus in collegium, si offendat postquam ingressus fuerit, possit reconciliari & collegio & capiti collegij: non tamen frequenter in collegium intrat.

Adde, quod semel natus corporaliter, non possit secundo nasci, sed solum resus-

citari. Denique quod Baptismus imprimat characterem, qui frustra multiplicaretur per plura Baptismata.

Obijcit sibi Scotus n. 1. quia Eucharistia potest iterari, & tamen est Sacramentum excellentissimum: ergo &c. Respondet n. 3. Quod illa prolato verborum, quibus Eucharistia consecratur non est Sacramentum (intellige, quod principaliter significatur illo nomine, juxta alibi dicta) sed est consecratio Sacramentalis, & illud non licet bis iterare super eandem materiam, & si secundo iteraretur, nihil fieret; quia iam prius factum est, illa etiam perceptio non est Sacramentum.... Licet ergo eadem persona posset frequenter communicare, sive recipere Eucharistiam: non tamen super eandem materiam frequenter posset profiteri verba consecrationis Eucharistia; nec sic Eucharistia debet iterari, quod proprie aliqua materia huius Sacramenti bis suscipiat formam eius.

Dices 2. potest contingere quod primus Baptismus non habeat effectum. Respondeo; semper imprimat characterem; confert autem gratiam, vel mox ut recipitur, si subjectum sit debere dispositum; vel postea per reviviscentiam sublato obice, de qua reviviscentia vide dicta disp. præced. sect. 6. per totam.

Sed cum hæc satis consent in Ecclesia Catholica; dubitatur equidem de Baptismo reiterando sub conditione, quando prioris valor est incertus, propter incertitudinem materiae, formæ aut intentionis. Et quidem quando indubitata est materia & forma, præsumitur certa intentio, nisi aliunde de contrario constet.

Dixi, reiterando sub conditione; quia cum Baptismum iterare (verba sunt Rit. Rom. tit. De Sacramento Baptismi §. de forma Baptismi) nullo modo liceat, si quis sub conditione... sit baptizandus, ea conditio explicanda est hoc modo: Si non es baptizatus, ego te baptizo &c. Hæc tamen conditionalis forma non passim, aut leviter uti licet, sed prudenter, & ubi re diligenter pervestigata, probabilis subest dubitatio, infantem non fuisse baptizatum. Hinc ponitur:

CONCLUSIO IX.

Baptismus nequidem conditionatè est repetendus, dum non suppetit rationabilis timor invaliditatis: qui non adest indiscriminatim eo ipso quod puer sit baptizatus

Sect. 5. De Ministro Baptismi. Concl. 9. 369

ab hæretico vel obstetrice, nec abest eo ipso quod infanti exposito sit affixa scedula.

87. In dubio iterari posse Baptismum probatur ex cap. 2. de Bapt. Alex. III.

Item ex Conc. Cartag. V.

88.

Rit. Romano, & Carthaginiensi. Rom. si ritum duobus sit rationabilis.

Ne sine necessitate exponatur Sacramentum periculo nullitatis.

In dubio, hoc est, quando non habetur moralis certitudo validi Baptismi, posse reperi Baptismum sub conditione, expressum habemus c. 2. extra de Baptismo & ejus effectu: De quibus dubium est an baptizati fuerint, baptizantur his verbis premisis: Si baptizatus es non te baptizo; sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo &c.

Et in Concil. Cartag. V. c. 6. Placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per atatem idonei de traditis sibi Sacramentis respondere, abique ulla serupulo esse baptizandos, saltem sub conditione. Ratio adjungitur: Ne ista repudatio eos faciat Sacramentorum purgatione privari.

Dicitur, Sacramentorum, & non, Sacramenti; quia, ut ex alibi dictis liquet, non baptizatus incapax est ceterorum Sacramentorum; quæ perpetua incapacitas, & simul carentia effectus Baptismatis, facillè excusant ab irreverentia, alioquin per iterationem Sacramento inferenda. Unde adultus verè dubitans, non solum potest, sed etiam tenetur petere, & Pastores tenentur conferre Baptismum sub conditione, idque ante susceptionem ullius alterius Sacramenti.

Dico, verè dubitans; quia ut habet prima pars conclusionis non est sub conditione repetendus Baptismus, quando non existit rationabilis timor invaliditatis. Ita communiter sentiunt DD. ex Rituali Rom. immediatè ante conclusionem allegato; & Catech. Rom. parte 2. cap. 2. q. 43. ibi: Nam ea Baptismi forma (quæ refertur c. 2. de Baptismo) ex Alex. Pape auctoritate in illis tantum permittitur, de quibus diligenter perquisita dubium relinquitur, an Baptismum rite susceperint: aliter verò nunquam fas est, etiam cum adiunctione (conditionis) Baptismum alicui iterum administrare.

Ratio est manifesta; quia absque necessitate exponitur Sacramentum periculo nullitatis; censeatur quippe moraliter absoluta rebaptizatio: nam in ordine ad culpam contrahendam conditio impertinens habetur tamquam non appositæ.

Unde Catech. supra dicit: Quod quidem sine sacrilegio facere non possunt, & eam maculam suscipiunt, quam divinarum rerum scriptores irregularitatem vocant. Quod an verum sit, dicemus conclusionem sequenti, ubi de pœnis rebaptizantium. Ut ut sit de pœna, certum videtur non minus peccare eo,

qui absolutè rebaptizat, cum animo tamen non baptizandi; quem constat irreverenter tractare Sacramentum.

Sed dicit aliquis, equod dubium rationabile? quæ ratio cognoscendi certitudinem, aut incertitudinem Baptismi rite collati? Respondeo certitudinaliter presumitur baptizatus; adeoque non est rebaptizandus, etiam sub conditione; qui scitur esse natus parentibus Christianis, & aliquamdiu inter Christianos educatus, nisi occurreret probabilis ratio contrarium suspicandi.

Ita docet Innoc. III. extra de Presbyt. non baptizato c. 3. ibi: Et certè de illo, qui natus de Christianis parentibus, & inter Christianos est fideliter conversatus tam violenter presumitur, quod fuerit baptizatus; ut hæc presumpcio pro certitudine sit habenda, donec evidentissimis forsitan argumentis contrarium probaretur.

Quocirca quod Cartag. V. supra dicit, infantes esse baptizandos, quoties non inveniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur &c. intelligendum existimo de parvulis infidelium, vel qui à parentibus per barbaros sunt abstracti. Colligo ex verbis sequentibus: Hinc enim legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales à Barbaris redimunt.

Sed numquid omnes rebaptizandi sub conditione, qui noscuntur ab hæreticis baptizati? Negat secunda pars conclusionis: alioquin quomodo verum erit, quod docet Concil. Arelatense I. c. 8. de Arianis: Si perviderint Sacerdotes in Patre, & Filio, & Spiritu sancto eos baptizatos, manus tantum eis imponatur, ut accipiant Spiritum sanctum? Sanè definitum est à Concil. Trident. sess. 7. de hoc Sacramento can. 4. verum esse Baptismum, qui datur ab hæreticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia.

Nisi ergo adsit probabilis aliqua suspicio eos in aliquo essentiali errasse, ab eis baptizati minimè sunt rebaptizandi. Ubi autem fundatè presumitur talis error (sicut aliquando contingit in Anglia (teste Regio q. 66. a. 9. dub. 1. n. 96.) aqua rosacea, vel alio præioso liquore proles nobilium baptizari, aut solum vestes aspergi aqua, ne frigus sit proli molestum; & quibusdam locis prædicantem ex suggestu pronuntiare formam, alio corpus baptizandi aqua tingente) ibi, inquam, observetur Synodus Mechliniensis celebrata anno 1607. à Paulo V. approbata; quæ tit. 3. de Baptismo cap. 6. ordinat, ut ab hæreticis baptizati sub conditione rebaptizentur.

Quod decretum absolutè & universaliter non concludit (ut bene notat noster Marchantius

89. Quod dubium sit rationabile.

est ratio...

Innoc. III.

Cartag.

90. Non sufficit quod puer sit baptizatus ab hæreticis.

Arelatense I.

Trident.

Sed debet adesse probabilis aliqua suspicio eum in aliquo essentiali errasse.

Et in hoc casu observanda Synodus Mechliniensis.

91.

chantius in suis resolutionibus casu 2.) omnes omnino ab hæreticis baptizatos sub conditione esse rebaptizandos, sed tantum eos, qui ex locis veniunt, in quibus frequens experientia docet (utor verbis Synodi) modernos hæreticos sepe contra receptam Ecclesie consuetudinem & antiquissimam traditionem baptizare, uno aquam fundente, alio formam ipsam pronuntiante. Ubi itaque errores illi non cognoscuntur passim irreplisse, decretum illud non concludit.

Cujus decretum non est universale.

Imò non apparet modò fundarum dubium de Baptismo collato à modernis hæreticis, quorum Synagoga jam est formata: tamen sit his speciale, quòd quidam illorum putent Baptismum non necessarium, adeoque faciliùs possent esse incurij. Sed & hoc satis eliditur, quando constat de materia & forma adhibita.

Quare sic resolvit Illust. Dominus Roventius Vicarius Apostolicus in Hollandia anno 1638. 12. Decemb. sub hac forma verborum: *Baptizati ab hæreticis non facile de novo baptizentur, nisi constet omnino aliquid substantiale circa illos præmissum, vel rationaliter de illo dubitetur.* Licet quidam aliter, & signanter quædam Pastoralia Belgij, quæ poterant admitti circa initium hæresum, quando omnia erant confusa, atque stupidi ministri intrudebantur.

92. De Baptismo collato ab obstetricibus idem dicendum.

Idem videtur dicendum de baptizatis ab obstetricibus; sepe quippe tam promptè & expeditè sunt, ac quidam Sacerdotes; unde saltem debet res inquiri, & si non occurrat specialis ratio dubitandi, abstineatur ab iteratione, esto Pastoralia quædam (signanter Mechliniensis impressum anno 1603. c. 9.) indefinitam regulam in contrarium statuunt.

Restringenda itaque sunt ista decreta ad casus, in quibus est rationabile dubium; si v. g. re examinata appareret obstetricem non promptè callere formam Baptismi, aut ob turbationem sive perplexitatem in facto suo, vel post illud hæsitare: alioquin frequenter haberi potest certitudo moralis, quòd adhibuerint omnia necessaria.

Sanè Athanasius puer erat, qui consodales baptizaverat, & tamè non statim sunt ij rebaptizati sub cõditione, sed res fuit examinata, & facto examine in Baptismo relicti.

Quocirca meritò reprehendit Pastores Catechismus Romanus supra, qui si infans ad eos deferatur, nihil prorsus querendum putant, an is prius ablutus fuerit; sed statim ei Baptismum tribuunt; quin etiam, quamvis exploratum habeant domi Sacramentum administratum esse, tamen sacram ablutionem in Ecclesia, adhibita solemnè cœrenonià cum ad-

inventionis (conditionis) repetere non dubitant. quod quidem sine sacrilegio facere non possunt. Ita Catechismus. Ergo quando constat infantem ab obstetrice baptizatum, ad mirum inquirendum erit de ejus valore, & non statim sub conditione rebaptizandus.

Quid dicam de pueris expositis, & inventis? Generaliter præscribit Rit. Rom. tit. De Baptismo §. De Baptizandis parvulis: *Infantes expositi & inventi, si re diligenter investigata de eorum Baptismo non constat, sub conditione baptizentur.* Si v. g. non habeant scedulam, aut aliud signum Baptismi appositum, nec aliunde scitur veritas.

Hoc certum; dubitatur autem, an scriptum appensum collo infantis, quo ille baptizatus significatur sit testimonium per se sufficiens, ut à rebaptizatione excuset? Affirmant multi de expositis inter Catholicos, cum tale signum solet adhiberi ex bonâ conscientia ad vitandam reiterationem Baptismi, nisi aliunde sint indicia dubitandi.

Contrarium docent de expositis inter infideles & Judæos, qui Baptismum excusantur. Similiter si dubitetur quibus sint nati parentibus fidelibus, an infidelibus.

Alij negant generaliter sufficere hujusmodi scriptum, ut habet ultima pars conclusionis; sed requirunt insuper expressiorem nominis impositionem, loci ubi Baptismus datus, & similitum circumstantiarum.

Probant Primò; quia cap. *Placuit*, 3. de Consec. dist. 4. quod est Concil. Cathag. supra citati, requirit certissimos testes, qui eos baptizatos esse sine dubio testentur. Præterea Rit. Rom. mox allegatum vult, ut rebaptizentur, si non constet de eorum Baptismo.

Ubi nota verbum, *constet*, quod significat claram probationem. At scedulam nec noto sigillo, nec subscriptione firmatam, quæ à quo scripta indicet, firmum aut certissimum testem, aut constans testimonium non esse, nec in ullo foro & tribunali fidem humanam facere, imò & nullo modo probare, docent Romanus conf. 204. n. 3. & Cardinalis Tuschus tomo 7. conclusion. 74. n. 25. Ita Quintanaduenas Theol. mor. tom. 1. tract. 1. singul. 9. n. 3. apud Dian. parte 9. tract. 6. resol. 35.

Probant Secundò ex Concilio III. Mediolanensi sub S. Carolo Borromeo tit. de Baptif. infant. ubi sic legitur: *Infans expositus, licet appensum collo scriptum habeat, quo ille baptizatus significatur; si tamen re diligenter perquisita, quemadmodum Catechismo Romano expressum est, adhuc dubium sit eum baptizatum esse, eâ conditionis formulâ baptizetur: Si tu es baptizatus, ego te iterum non baptizo &c.* Idem

95. Idem statutum esse in Synodo Cameracensi, testatur Marchantius Candel. Sacramen. tract. 2. de Bap. c. 2. q. 4. ubi etiam inclinatur in hanc sententiam, dicens quod licet illud scriptum aliquam faceret fidem, quod sit baptizatus talis infans; cum tamen ignoretur à quo, & quomodo, sive an debita forma, & à persona, quæ sciret Baptismi ritum essentialem, imò contingat talibus casibus quæri tenebras, & ab idiotis mulierculis rem occultè, & cum defectu essentiali peragi, non mirum si dicatur hæc aliquid ambiguitatis remanere, quæ sufficit ad reiterationem sub conditione, cum non possint sciri & examinari personæ, quæ Baptismo adfuerunt, vel illum administrarunt, ut sciatur an ritè collatus fuerit. Si enim quando obstetrix baptizavit, volumus ut strictè & diligenter examinetur, ne error aliquis contigerit, quantum magis timeri potest, ne in similibus casibus muliercula magis ignorans baptizaverit? Hæc Marchantius apud Dian. parte 5. tract. 13. resol. 87. quo nihil clariùs & efficacius pro nostra conclusione dici potest.

Profectò cum ignoretur à quo, vel qua baptizatus sit, an fortè ab ipsa meretrice vel fornicaria, quæ fortè non satis instructa, an ab obstetrice, de cuius (utpote ignotæ) idoneitate non potest per examen cognosci, remanet dubium aliquod prudens, seu suspicio fundata. Non tango auctoritatem 13. Doctorum, qui, teste Quintanadueñas apud Dian. supra, idem docuerunt, & subscripserunt, ac ferè omnes rem ex professo discussurunt.

Certè non video quid efficaciter contra hanc doctrinam possit objici, nisi fortè communis consensus DD. quem testatur Diana supra esse in contrarium, cui etiam ipse adheret parte 5. tract. 13. resol. 87. & in addit. ad primam partem resol. 6.

Verùm, salvo meliori iudicio, cum tale testimonium non sit ita certum, ut fidem indubiam faciat, neque iudicium Doctorum possit supplere ejus incertitudinem, iudicio magis inclinandum esse in favorem animæ baptizandi, ne exponatur periculo æternæ damnationis, præsertim cum ex altera parte examine diligenti præmissis, & conditione opposita, non appareat periculum reiterationis Baptismi cum injuria Sacramenti.

De hac rebaptizatione sub conditione ita loquitur Doctor Subtilis 4. d. 4. quæst. 8. Respondeo aut inveniantur in eo (parvulo exposito) certa signa quod non ba-

pizatus, sicut muliercule consueverunt cum eo apponere sul, sicut cum deportandis ad Baptismum sit: & tunc absque aliqua hesitatione baptizandus est absolute. Aut non inveniantur cum eo talia signa, & adhuc, quod non potest de eo haberi tale signum per viciniam, nec per testimonium fide dignum, quod sit baptizatus, baptizandus est: tamen tutius est uti illa forma illius cap. extra de Baptismo & eius effectu, De quibus dubium.

Et de isto casu loquitur Leo de Conser. dist. 4. De quibus (inquit Leo) nulla extant indicia inter propinquos, & vicinos, quibus baptizati fuisse doceantur: agendum est ut renascantur, ne pereant; in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sinit, ut videatur iteratum. Ita Scotus.

Interim, quia aliqui putant, appositionem falis non esse signum indubitatum, præscribit Synodus Mechliniensis anni 1609. Tit. 3. c. 3. corrigens Synodum anni 1607. Baptismum tali casu conferendum sub conditione.

Sed nunc finalis oritur quæstio, utrum sit aliqua pœna constituta reiterationibus Baptismum? Ad quam respondeo & dico:

CONCLUSIO X.

Rebaptizans scienter & publice ipso facto incurrit irregularitatem, quæ impedit susceptionem aliorum ordinum, non ita ministerium ante susceptorum. Rebaptizato prohibetur utrumque.

Suppono nullam esse irregularitatem, quæ non sit jure scripto expressa. Cap. Is qui. de Sent. excom. in 6. ibi: Licet in hoc temerarie agat, irregularitatis tamen (cum id non sit expressum in iure) laqueum non incurrit. Ex quo communiter inferunt DD. non admittendam esse aliquam irregularitatem ob solam DD. auctoritatem testantium de consuetudine.

Licet enim consuetudo sit altera lex, hoc est licet consuetudine lex possit institui, rariùs tamen instituitur, eò quod vix contingat consuetudinem frequentari animo legis inducendæ, quod tamen est necessarium, ut patet ex tract. de legibus. Adde legem consuetudinariam non vocari jus expressum, imò nequidem simpliciter jus, sed semper cum addito, jus consuetudinarium, sive simpliciter, consuetudo; maxime in odiosis, quæ restringenda sunt intra

95. Idem statutum esse in Synodo Cameracensi testatur Marchantius, Dian. parte 5. tract. 13. resol. 87. quo nihil clariùs & efficacius pro nostra conclusione dici potest.

Qui asserit solo scripto non omnem ambiguitatem auferri;

Diana.

Et meritò cum ignoretur à quo, vel qua baptizatus sit infans.

Quintanadueñas.

96. Salum obstat videatur huic doctrinæ communis consensus Doctorum, quem testatur Diana supra esse in contrarium, cui etiam ipse adheret parte 5. tract. 13. resol. 87. & in addit. ad primam partem resol. 6.

Quo non obstat in clinandum est in favorem animæ baptizandi.

97. Doctor.

Synodus Mechliniensis.

98. Nulla est irregularitas, quæ non sit jure scripto expressa.

nau-

naturalem, & civilem proprietatem verborum, juxta Reg. 15. de Reg. Juris in 6. Odia restringi, & favores convenit ampliari.

Adeoq[ue] non incurritur propter solum consuetudinem.

Cum ergo irregularitas sit odiosa; quia vel pena strictè dicta ob propriam & propriè dictam culpam inflicta, vel saltem pena civilis, sive latè dicta, hoc est, incommodum aliquod, seu privatio boni convenientis ob justam causam constituta, sequitur lytus in cap. Is qui, præcitato, accipiendum esse pro jure scripto; adeoque sine illo neminem incurere irregularitatem propter solum consuetudinem.

99. Rebaptizans scienter & publicè incurrit irregularitatem.

Hoc supposito, satis difficilis apparet probatio primæ partis conclusionis, quæ tamen communis est, ita ut à nullo hæc tēdus, quòd sciam, fuerit reprobata. Sed ubi quæso jus scriptum exprimit illam irregularitatem?

Cap. 65. dist. 50. & cap. 10. Qui in qualibet. 1. q. 7.

Assignant aliqui cap. 65. Confirmandum. d. 50. & cap. 10. Qui in qualibet. 1. q. 7. Verum in illis non agitur de rebaptizante, sed solummodò de rebaptizato: uti etiam c. eos quos. 118. de Consec. dist. 4. quamvis & in hoc nulla fiat mentio irregularitatis; sed variæ pœnæ imponantur, quæ non sunt in usu, ut diligenti Canonum percrutatori facillè patebit.

Cap. 118. de Consec. dist. 4.

Rejeiuntur jura, ex quibus aliqui hanc irregularitatem probant. Can. 47. Apost.

Quod attinet can. 47. Apostolorum, non imponit pœnam ipso facto incurrendam (qualis debet esse irregularitas, quæ non infligitur ab homine, sed à solo jure) sed solum ait: Episcopus, aut Presbyter, si eum qui secundum veritatem habuerit Baptismum, de novo baptizaverit &c. deponatur tamquam deridens crucem, & mortem Domini.

100.

Mellius probatur ex cap. 2. de Apostatis,

Unicè ergo & optimè probatur hæc irregularitas ex c. 2. de Apostatis, ubi Alexander III. interrogatus ab Abbate Sanctæ Genovesæ super crimine Acolythi, qui baptizanti præbuit ministerium, respondet in hunc modum: Discretionem tuam presentibus litteris respondemus, quòd ad superiores ordines promoveri (si publicum est quòd proponitur) non valebit: nisi ad Religionem transire voluerit, ut favore Religionis ipsius, circa eum valeat dispensari. Si verò occultum est, promoveri poterit, & excessum suum dignis penitentia fructibus expiare.

In quo licet fiat mentio de Acolytho,

In textu autem originali Concilii Lateranensis par. 22. c. 1. præmittitur responsioni narratio facti hæc verbis: Adfuit autem huic sacrilegio adolescens Acolythus frater illius, in quo Baptismus asseritur iteratus, & ministerium exhibuit in respondendo Presbytero baptizanti, & cooperatur extitit rei nefandæ &c. Nota, Rei nefandæ; ex quo deduco Pontificem non ita respexisse materiale, quòd proponebatur, quàm bene speciem facti,

quæ in ipso rebaptizante perfectius cernitur, tamen Acolythi meminerit; quia de illo interrogabatur. Certè accidentalitas qualitas Acolythi ad irregularitatem minime pertinebat. Equidem quis ambigat hodie fieri irregularem, quemcumque ministrum rebaptizantis, et si careat ordine Acolythatus?

Meritò ergo univèrsalis Ecclesia sub Acolytho semper intellexit principalem ministrum rebaptizationis, argumento à fortiori non in rebus, vel actionibus distinctis; sed in eadem actione, comparando accessorium ad principale. Non enim Pontifex judicavit Acolythum dignum tali pœnâ; præcisè propter cooperationem, ut talis est, nec propter solum ministerium accidentale, sed propter nefandum ministerium, quòd magis convenit rebaptizanti, quàm Acolytho; ut proinde hæc interpretatio juris scripti maxime sit consentanea tum rationi, tum verbis Pontificis.

Alioquin si non hoc jure (accedente interpretatione Ecclesiæ, quæ est legitima) certè nescio quo alio sufficienter præfens irregularitas exprimitur. Adeoque latendum est rebaptizantem vel non fieri irregularem, vel incurere irregularitatem atque mento cap. 2. de Apostatis.

Cumque ibi solum agatur de promotione ad Ordines superiores, existimo non impediri executionem Ordinum susceptorum. Dignus quidem est rebaptizans majori pœnâ quàm Acolythus, sed, ut diximus, irregularitas non incurritur nisi in jure expressa. Porro non exprimitur nec hîc, nec alibi irregularitas quoad usum Ordinum susceptorum.

Scotus 4. dist. 6. q. 8. n. 2. sic dicitur de hac pœna: Loquendo de scientia, vel ignorantia facti, hoc est, ut si ignoretur ipsum jussisse baptizatum, & nunc iterum baptizari, dico tunc, quòd, si illo modo scienter est iteratus, tam suscipiens, quàm conferens est irregularis, sicut habetur extra de Apostatis, Ex litterarum. Sed differentia est si publicè fiat, vel in occulto, quantum ad hoc quòd facilius dispensatur in una irregularitate, quàm in alia: quia in una, ut privata, fortè per Episcopum: in alia non nisi per Papam. Patet ibi: & intelligitur si sit iteratio absolute. Si enim propter aliquod dubium verisimile, non trusatice utatur quis circa alium formâ huius capiti; de quibus dubium est, non est irregularis. Ita Doctor.

In quibus verbis docet Primò, scienter rebaptizantem, & rebaptizatum fieri irregulares. Secundò in crimine occulto fortè posse dispensare Episcopum, in publico non nisi Papam.

Primum

Primum assertum quantum attinet ad rebaptizantem est nostra conclusio, quae potissimum probatur ex c. 2. de Apostatis, ut patet ex dictis. Quomodo autem Scotus ex eodem cap. efficaciter probet irregularitatem rebaptizati nescio; ego malim ostendere ex alijs canonibus infra adducendis.

An propter crimen occultum incurrat haec poena? Suarez.

Aliqui affirmant.

103. Neque hoc contrariatur supposito nostro (quod idem Auctor tradit de Cens. disp. 40. sect. 4. n. 13.) intelligendum siquidem venit de consuetudine introducente legem, non autem de consuetudine interpretante seu declarante jus scriptum; enimvero tunc non inducitur irregularitas à consuetudine, sed à jure scripto, cujus anima est mens legislatoris, quae cortici verborum est praefrendenda, ubi de ea potest constare, juxta Reg. ultimam de Reg. Juris in 6. Certum est quod is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.

Sed probabilis negatur. Scotus.

104. Addidi autem in conclusione ly Scienter,

secutus Doctorem nostrum, quia sicuti ignorantia excusat à censuris, pari ratione etiam excusabit ab irregularitate poenali, juxta illud Gregorij in registro, & refertur c. 2. de Constit. Rem qua culpa, caret in damnum vocari non convenit. Cui consonat illud Innoc. III. in Concil. Lateranensi, & habetur extra de Appell. c. 60. Cessante causa cessat effectus.

Greg. Papa

Innoc. III.

Cum ergo praesens irregularitas inflicta sit in poenam formalis peccati reiterationis Baptismi, cessante illo peccato propter ignorantiam, etiam cessat ipsa irregularitas. Ex quo festinè & clarè resolvitur, omnem illam ignorantiam sive juris, sive facti excusare ab hac irregularitate, quae excusat à culpa morali.

Cessante peccato propter ignorantiam juris vel facti cessat irregularitas.

Quod equidem non est contrarium doctrinae Scoti, qui videtur docere solam ignorantiam facti excusare, argumento Reg. juris 13. de Reg. Juris in 6. Ignorantia facti non iuris excusat.

105. Neque contrarium dixit Scotus.

Sic inquit Doctor supra n. 1. Non oportet quod ignorantia iuris in facto illo, sive in suscipiente, sive in conferente excuset. Aut enim potest intelligi ignorantia iuris divini prohibentis Baptismum licitari: Et patet quod ignorantia talis praecipui non excusat à peccato, nec à poena infligenda à Deo pro peccato: aut intelligitur ignorantia iuris canonici infligentis poenam; Et nec ista ignorantia excusat, quin poena illa incurratur.

Scotus.

Probat: Quando enim super aliquo, quod est ex iure divino illicitum, additur poena canonica, ut illud amplius evitetur, non est necessarium ad hoc ut incurratur illa poena, aliqua scientia iuris canonici: sed sufficit quod teneatur scire praecipuum divinum. Sed si illud transgrediatur, incurrit poenam canonice, etiamsi nesciat à iure canonico poenam esse infligendam.

Exemplificat: Hoc enim modo percutiens clericum, cum faciat contra praecipuum divinum de charitate fraterna, etsi nesciret excommunicationem latam à canone super tali facto: tamen incurreret eam. Et occidens hominem, licet nesciret canonem punientem homicidam poenà irregularitatis, tamen irregularis esset.

Et eadem, inquit, est ratio in omnibus istis, quia talis dat operam rei illicitae, de qua re debet scire, quod sit illicita: Et si nesciat, nullo modo debet illam exequi, quousque consulat peritos, per quos possit scire illam esse illicitam.

Occasione horum verborum citatur communiter pro sententia, quae universaliter docet ignorantiam Canonum non excusare à censuris, neque ignorantiam juris divini à peccato: sed falsò; nam, praeterquam quod Scotus illis verbis praëmbulis ad resolutionem non explicet suam mentem,

Qui verbis supra citatis non suam mentem sed aliorum proposuit opinionem.

tem, sed aliquorum opinionem, sicuti ordinariè facit in alijs quæstionibus, præmittens n. 1. argumenta pro & contra; unde etiam verbatim citata in Report. q. 7. silentio præterijt, ut hoc, inquam, omittam, certum est Doctorem non loqui nec hæc nec alibi de ignorantia invincibili, sed vincibili & culpabili, quam nullus docet excusare à censuris; idque quia non excusat à peccato.

Vel locutus est de ignorantia culpabili,

106. Ut ex alijs locis manifestum sit.

Hanc esse mentem Scoti clarissimè ostendo ex 4. dist. 13. q. 2. n. 10. ibi: *Ignorantia iuris non excusat* (ab irregularitate inflicta ei, qui attentat consecrare, cum non sit Sacerdos) *quia tenetur ille qui se exponit ad tantum actum, scire iura, secundum quæ potest exercere tantum & talem actum, & ideo talis ignorantia iuris (scilicet vincibilis, cum tenetur, adeoque possit scire) non excusat, sed fortè magis aggravat.* Et verò quis unquam docuit ignorantiam invincibilem magis aggravare?

Eodem modo loquitur in Report. (Colonix impressis) supra n. 30. de irregularitate, quæ contrahitur ex rebaptizatione: *Sed quid de ignorantia? dico quod ignorantia iuris non excuset, sed aggravat; quia nulli licet se intrinsece, qui ignorat quid sit agendum: sed ignorantia facti omnino excusat.*

Subdit exemplum ignorantie facti: *Sicut, inquit, si vetula baptizaret puerum in domo, & postea portat ad Ecclesiam, ibi nulla est suspicio, quare Sacerdos non debeat conferre Baptismum, quia non potest (& consequenter non debet) scire singula, quæ fiunt in domibus parochie suæ.*

Quæ est ignorantia facti invincibilis; alioquin, si esset vincibilis, v. g. si aliqua esset suspicio, & ex negligentia ulterius non inquireret, certum est apud omnes talem Sacerdotem non fore excusandum ab irregularitate.

Cur ergo, inquis, Scotus simpliciter dicit ignorantiam iuris non excusare, secus facti; cum possit dari ignorantia iuris, quæ excuset, & facti, quæ non excuset?

Respondeo; quia regulariter ignorantia iuris est vincibilis, & facti invincibilis, quamvis interdum contingat oppositum. Unde regula juris citata fundatur in præsumptione negligentie, & Scotus supra supponit ignorantiam esse talem, quæ non excuset à peccato. Cæterum si ignorantia iuris sit inculcata, facti autem culpabilis, dubio procul in omni foro illa excusabit à pœna, hæc minimè; forum tamen externum præsumit communiter contrarium; quia sæpius natum fieri.

An autem requiratur ignorantia invin-

cibilis præcepti divini, an verò sufficiat ignorantia pœnæ inflictæ per jus positivum, non est hujus loci disputatio; probabile est invincibilem ignorantiam solius censuræ; à censura excusare; certum est ignorantiam, quæ excusat à peccato, etiam excusare à pœna pro tali peccato constituta.

Quemadmodum ergo dari potest ignorantia sive juris, sive facti excusans rebaptizantem ab omni peccato, ita etiam dari poterit, quæ excuset ab irregularitate specificavit verò illum Scotus supra in primo scripto n. 3. in ignorantia facti, dummodo, inquit, non trufatica vel crassa, sed probabilis sit, quia sæpius contingit ignorantiam facti esse probabilem, quam ignorantiam iuris.

Ex dictis haud difficulter cognoscitur quid sit scienter rebaptizare ad sensum Conclusionis, videlicet rebaptizare cum clara scientia aut ignorantia vincibili (quæ non excusat à peccato mortali) tum facti, id est, prioris Baptismi ritè collati; tum juris, saltem divini prohibentis iterationem Baptismi.

Dico, saltem divini, quia dubitat Castro lib. 2. de lege pœnali cap. 14. an etiam requiratur scientia ipsius irregularitatis, seu Canonis eam statuentis, & quamvis ipse videatur affirmare, equidem communis sententia negat. Sed de his alibi fufius.

Dixi etiam, *Quæ non excusat à peccato mortali*; quia irregularitas est pœna gravis, improporcionata peccato veniali, ac proinde ignorantia, ut supra adhuc inlinuavi, quæ excusaret à peccato mortali, esto non excusaret à veniali, equidem excusaret in casu proposito ab irregularitate. Hæc sufficiunt impræsentiarum pro explicatione Scoti & nostræ Conclusionis.

Noto tantum ex verbis Scoti supra 4. d. 6. q. 8. n. 2. non incurrere irregularitatem, qui propter aliquod dubium verisimile rebaptizat sub conditione. Ibi: *Si enim propter aliquod dubium &c. Utrum vero incurreret si absque tali dubio trufatica, ut loquitur Doctor, uteretur formâ conditionatâ, relinquatur disputationi.*

Affirmat Catech. Rom. parte 2. c. 2. q. 43. ubi agens de illis, qui sub conditione rebaptizant sine aliquo probabili dubio, ait: *Quod quidem sine sacrilegio facere non possunt: & eam maculam suscipiunt, quam divinarum rerum scriptores irregularitatem vocant.* In quam sententiam inclinat Scotus, dum excipit dubium verisimile, quamvis absolutis & expressis verbis illam non astruat.

Contrarium sustinet Suarius disp. 31. sect. 2.

Quia hæc regulariter est culpabilis, secus illa.

sect. 6. dub. 5. citans Navarrum in sum. cap. 27. n. 246. Ratio ejus est; quia talis Baptismus non est simpliciter rebaptizatio, neque peccatum in ea specie consummatum; deest quippe intentio sive animus verè baptizandi, cum sciat conditionem nullo modo subsistere; adeoque in illo facto non est imitator hæreticorum, qui ex animo quantum in ipsis est absolute & simpliciter rebaptizant; quæ sola rebaptizatio videtur hæc pœnâ affici; ita ut etiam qui absolute rebaptizaret, sine animo tamen interno conficiendi Sacramentum juxta Navar. & Suar. supra dub. 4. non fieret irregularis; quia actus ille in ratione culpæ non est peccatum consummatum rebaptizandi; porro pœnâ Ecclesiasticæ, quæ imponuntur propter aliqua delicta, simpliciter intelligendæ sunt de delictis perfectis & consummatis in suis speciebus.

111. Exemplificans in hæretico externo tantum, qui non incurrit pœnas juris;

Confirmatur; qui exterius hæresim proficitur, animo retinens veram fidem, non incurrit pœnas Ecclesiasticas hæreticis constitutas; quia non est hæreticus simpliciter, sed cum; addito exterius seu fictus. Sic ergo in presenti, qui sine intentione exterius reiterat Baptismum, revera non est rebaptizator, sed fingit se rebaptizatorem; & ideo quamvis in hoc etiam graviter peccet, non tamen propriè illâ culpâ, propter quam irregularitas est imposita; adeoque licet in foro externo incurrat irregularitatem, cum Ecclesia non judicet de internis, non tamen coram Deo.

Adeoque nec rebaptizans sub conditione quam novit non subesse.

Jam autem rebaptizans sub conditione, quam novit non subesse, merito comparatur rebaptizanti absolute sine animo rebaptizandi. Enimverò licet illa conditio moraliter habeatur pro non adjecta, quantum ad hoc, quod non excuset à culpa temeritatis & sacrilegij, tollit tamen intentionem, & suspendit actum, & consequenter facit ut illa non sit rebaptizatio simpliciter; ac proinde excusat ab irregularitatis pœna, si non in foro externo, saltem in foro Dei.

112. Objeccio prima ex Cap. Sicut tuis de Si. mon.

Trident.

Contra 1. Ecclesia non judicat de actibus merè internis, argumento c. Sicut tuis. 33. de Simonia. ibi: Quod si excessus eorum esset Ecclesie manifestus (que non indicat de occultis) pœna essent canonica seriendi. Adde Concil. Trid. sess. 24. de reform. Matrim. c. 1. ibi: Cui malo cum ab Ecclesia, que de occultis non indicat, succurrere non possit. Ergo irregularitate punitur sola externa rebaptizatio.

Respondeo admissio antecedente (quamvis non propter jura citata, quæ non loquuntur de actibus merè internis, sed de externis per accidens occultis, ut inspicien-

ti textum clariùs apparebit) negando consequentiam: potuit namque Ecclesia ita moderare pœnas suas, & censetur communiter ita moderasse, ut non velit punire delictum, nisi perfectè consummatum: non consummatur autem hæresis, nisi per actum interiorem; similiter rebaptizatio.

Neque hoc est punire actum merè internum; sed est mitigare pœnam impositam actui exteriori. Sic Ecclesia sæpe statuit pœnam in eos, qui hoc vel illud fecerint exterius præsumtuosè, dolo, fraude, seu alio perverso animo, etiam si hic animus non prodeat in signum externum.

Extant exempla in Clement. 1. de statu Monachorum §. Quia verò. ibi: Nos eorum in hac parte reprobis actibus obviare volentes, hoc edicto perpetuo prohibemus, ne Monachi aut Regulares Canonici administrationem aliquam non habentes, ad curias Principum absque speciali Prælatorum suorum licentia se conferre præsumant. Nota quod sequitur: Quod si, ut suis Prælatibus; aut Monasterijs damnum aliquod inferant ad dictas curias se conferre præsumserint, excommunicationis sententiam eos incurere volumus ipso facto.

Ecclesia censetur formaliter punire delictum perfectè consummatum,

113.

Cujus rei extant exempla in jure canonico. Clem. 1. de statu Monach.

Simile decretum reperitur in Clement. Multorum. de hæreticis §. Verum, ibi: Quod si ody, gratia vel amoris; lucri aut commodi temporalis obtentu, contra iustitiam & conscientiam suam omiserint (Episcopi & Inquisitores) contra quemquam procedere ubi fuerit procedendum, super huiusmodi pravitate &c. Episcopus aut superior suspensionis ab officio per triennium, alij verò (eorum substituti) excommunicationis sententias eo ipso incurrant. Ubi Ecclesia puniit actum exteriorem non quemcumque, sed manantem à tali actu interiori, & non alium.

Clem. Multorum. de Hæreticis.

Quia ergo rebaptizatio simpliciter dicta significat actum exteriorem procedentem ex intentione dandi Sacramentum Baptismi homini jam baptizato, ideo quando actus exterior non procedit ab illa intentione, est insufficientis ad irregularitatem inducendam.

Contra 2. rebaptizatio, quemadmodum homicidium, perfectè consummatur in actu exteriori; ergo sicuti homicida injustus fit irregularis quocumque animo occidat, ita etiam rebaptizator quocumque animo rebaptizet.

114. Secunda objeccio, quod rebaptizatio consummatur in actu exteriori.

Antecedens probatur; quia rebaptizatio, quæ punitur irregularitate, non est collatio veri Sacramenti (constat quippe secundum Baptismum esse invalidum) sed ficti; ergo impertinens est intentio conficiendi verum Sacramentum; imò impossibilis in eo, qui scit ejus nullitatem; intentio

tio autem faciendi actum externum, quem facit Ecclesia, semper adest, quotiescumque homini baptizato confertur secundum Baptismum juxta formam Ecclesiae consuetam, hoc est, in illis circumstantiis in quibus adstantes apprehendunt verum Baptismum ex vero animo baptizandi. Equidem non pendet ab intentione rebaptizantis, ut ipse sit, vel non sit rebaptizator, id est, conferens secundum Baptismum invalidum, si verè velit actum illum exercere, cum ad rebaptismum nihil aliud requiratur, quam seria actio externa.

Aliud est de haeresi merè externa, quae non denominat hominem verè haeticum, puta, quia non denominat verum infidelem; quippe infidelitas propriè non est actus aliquis externus significativus interni erroris; sed est ipse error internus positivè excludens actum fidei supernaturalem; unde ut formaliter mala residet in voluntate; ut verò mala denominativè in intellectu, id est, dissensus intellectus, ut non est formaliter liber, ita nec formaliter malus, per consequens formalis malitia illius dissensus non est in intellectu, sed in voluntate: equidem ipse dissensus ab actu voluntatis malo denominatur malus, adeoque malitia infidelitatis denominativè est in intellectu: quamvis non implicet totam malitiam esse in voluntate, ut docetur in tract. de Fide.

Et sanè haereticus quid aliud est, quam error pertinax circa articulum fidei sufficienter propositum in homine, qui se Christianum esse profiteatur? Quid ergo mirum, si non incurrat poenam haeticorum, qui nullo errore interius imbuitur; sed omnibus articulis fidei firmissimè assentitur, licet ex meru vel ob aliam causam exterius errorem profiteatur? Anne simile aliquid invenitur in rebaptizatione?

Respondes cum Suario supra dub. 4. poena rebaptizationis imposita est in odium haeticorum introducendum rebaptizationes, qui autem sine intentione operatur, non facit animo haetico, nec propriè convenit cum haeticis in actione sua, ut ab ejus intentione procedit.

Sed contra c. 2. de Apostatis, ex quo colligitur hæc irregularitas, non loquitur de haeticis rebaptizantibus, sed de Acolythis, qui ex intentione salutis fraternae adstruit baptizanti fratrem suum infirmum ut sanaretur; ibi: *Quidam aegritudine longa confectus in sano sortilegarum mulierum credens consilio, ut sanaretur per iterationem fecit iniuriam Baptismatis Sacramento: Et infra. Quia tua nos duxit prudentia consulendos qualiter punire debeat Acolythus, quem minor aetas, & in-*

tentio fraternæ salutis excusare videtur.

Respondeo, quandoquidem rebaptizatio ista facta fuerit ex consilio mulierum sortilegarum, verisimile sit rebaptizationem ejusdem farinae hominem fuisse, qui animo utique haetico seu sortilego illud ministerium præstitit; quamvis Acolythus & rebaptizatus pro fine extrinseco habuerint sanitatem; interim consentientes facti & consilio sortilegorum hominum, eorundem intentionis participes extiterunt.

Cui hæc solutio non placeat, querat meliorem; vel contra Suarium, & Navarum doceat cum Catech. Rom. etiam conditionatè rebaptizantem, ubi certò constat de priori Baptismo, fieri irregularem. Similiter absolutè rebaptizantem sine animo interno rebaptizandi, hoc est, conscientè verum Sacramentum, quem nemo potest habere, cui persuasum est secundum Baptismum esse invalidum, nisi forte sufficiat, quòd velit facere quantum in se est.

Alioquin non debere omnino convenire in animo cum haetico, dummodo conveniat in facto ipso, hoc est, velit conferre Sacramentum Baptismi homini jam baptizato, tamen id culpabiliter ignoret, docet ibidem Suarez dub. 6. in solutione objectionis: nam licet hæc irregularitas posita sit in odium haeticorum, non tamen est imposita solis haeticis, sed omnibus imitantibus haeticos in absoluta rebaptizatione.

Queris an ipso facto incurrat, hoc est, nullà expectatà sententiâ iudicis live declaratoriâ criminis, live condemnatoriâ ad poenam? Conclusio affirmat; cum proprium sit irregularitati, non ab homine, sed à solo jure infligi. Et ideo in præcitato cap. 2. de Apost. absolutè responderi Pontificis, quòd is qui sic deliquit ad superiores ordines promoveri non valebit.

Ubi non dicit post sententiam latam, neque requirit ut à superiore privetur eâ potestate, sed ipsemet per illam legem declarat ipsum esse dignum privatione, & actu privat, & inhabilem seu impedimentum reddit. Atque hoc est irregularitatem imponere ipso facto incurrendam. Quin admissio, quòd ex solis verbis haud sufficienter id deduceretur; attamen communis interpretatio, usus & materia certum faciunt.

Hactenus de poena rebaptizantis, ordo doctrinæ postulat, ut breviter quicquam dicamus de poena rebaptizati, scilicet irregularitate, quæ non tantum, ut habet ultimum pars conclusionis, impedit susceptionem aliorum ordinum, sed etiam ministerium ante susceptorum.

Illam decernit Felix III. Episc. r. c. 5. & r. c. 6. referatur

Secus haereticus

Cujus formalis malitia in sola voluntate reperitur.

115.

Responso Suarii, quòd poena rebaptizationis imposita sit in odium haeticorum.

116. Sed hoc alij negant.

Cap. 2. de Apostatis.

Sect. 5. De Ministro Baptismi. Concl. 10. 377

refertur 1. q. 7. c. 10. *Qui in qualibet aetate alibi, quam in Ecclesia Catholica aut baptizati, aut rebaptizati sunt, ad Ecclesiasticam militiam prorsus non permittantur accedere. Quibus satis esse debet, quod in Catholicorum numero sunt recepti. Quoniam de suo ordine & communione videbitur ferre iudicium, quisquis hoc violaverit institutum; vel qui non removerit eum, quem ex eius cetera ad ministerium Clericale obrepisse cognoverit. Ergo non tantum prohibetur susceptio Ordinum, sed etiam executio Ordinum susceptorum. Alioquin quomodo non permittitur accedere ad militiam Ecclesiasticam? Aut quomodo removeretur à ministerio clericali?*

Nec obstat, quod canon ille expressè tantum loquatur de baptizatis & rebaptizatis extra Ecclesiam; quia usus & communis interpretatio intelligit de omnibus rebaptizatis; idque quia omnes illi ita se gerunt, ac si essent extra Ecclesiam. Unde in Concilio Cartag. V. c. 11. & refertur dist. 50. c. 65. absolute dicitur: *Neque unquam permittendum, ut rebaptizati ad clericatus gradum promoveantur.*

Porro intelligenda est hæc pena sicut præcedens, ut solum efficiat rebaptizationem ex scientia, absolutam, & cum intentione iterum suscipiendi Baptismum. Ratio eadem est.

Itaque qui metu mortis permetteret se rebaptizari sine animo suscipiendi Baptismum, non incurreret irregularitatem. Similiter, qui vi cogeretur. Patet, quia non peccat; quia autem hæc nequaquam incurritur sine peccato; & quidem mortali. Quocirca neque pueri primò baptizati, aut rebaptizati ab hæreticis fiunt irregulares, quemadmodum enim incapaces sunt peccati, ita etiam irregularitatis propter peccatum infliguntur.

De parvulis primò baptizatis ita decernitur in Concilio Africano c. 14. & refertur 1. q. 4. c. 3. *Placuit de infantibus, qui ab hæreticis baptizantur; ne quod non suo fecerunt iudicio, cum ad Ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conversi, parentum illos error impediatur, quò minus promoveantur sacri altaris ministrum.*

Et cap. sequenti ex eodem Concilio c. 24. statuitur in hunc modum: *Qui apud Donatistas parvuli baptizati sunt, nondum scire valentes erroris eorum interitum, & posteaquam ad etatem rationis capacem pervenerunt, agnita veritate falsitatem eorum abhorrentes ad Ecclesiam Dei Catholicam per universum mundum diffusam, ordine antiquo per manus impositionem recepti sunt, tales ad suscipiendum manus clericatus non debet impedire nomen erroris.*

Per quæ jura explicatur caput citatum:

Qui in qualibet aetate, scilicet adultæ, in quò jam homo possit uti ratione; qui usus propterea requiritur, ut homo sit capax culpæ; quippe hæc irregularitas etiam respectu rebaptizati imposita est in pœnam, & non ob aliquam specialem indecentiam aut significationem. Ex quo generaliter sequitur omnem illam ignorantiam excusare rebaptizatum ab hac pœna, quæ excusat à peccato mortali, ut supra dixi de rebaptizante.

Contrarium videtur probari per illud de consec. dist. 4. c. 117. *Qui bis ignorantem baptizati sunt, non indigent pro eo penitere: nisi quòd secundum canones ordinari non possunt, nisi magna necessitas cogat. Patet, inquit Scotus 4. dist. 6. q. 8. n. 2. quòd illud capitulum loquitur de ignorantia facti, cum quis ignorat id, quòd factum est, puta se esse validè baptizatum; si enim esset de ignorantia iuris, cum quis ignorat quòd à jure constitutum est; v. g. iteratam susceptionem Baptismi jure divino & humano esse prohibitam, oporteret penitere; quia regulariter est vincibilis; quamvis absolute non sit impossibile hoc jus divinum, magis humanum esse ab aliquo invincibiliter ignoratum; quia non est adeò per se notum, ut nullus, quantumvis rusticus aut idiota possit illud ignorare, maxime, quia possit aliquis decipi ab uno vel pluribus viris doctis & fide dignis, saltem secundum communem existimationem.*

Pergit Doctor: *Nec illud, quòd subditur, Nisi magna necessitas, tollit, quin talis sit irregularis, illud enim additur propter hoc quòd in tali necessitate dispensandum esset cum eo. Isto modo dicerent Canonistæ.*

Sed quid Theologi? *Non videtur, inquit Scotus, maioris esse ponderis secundum rationem de baptizato, quam baptizante: quia secundo baptizans, ignorans illum esse baptizatum prius, non est irregularis. Non enim tenetur quicumque sacerdos facere strictam inquisitionem, an vetula baptizavit parvulum in dono. Nunc autem non magis videtur ille puniendus, qui secundo baptizatur & ignoranter, quam qui secundo baptizat, imò minus; quia ille videtur querere salutem suam, ne sit in dubio.*

Quid igitur ad caput: *Qui bis ignorantem?* Nullus, ait Doctor, potest infligere irregularitatem toti Ecclesie, nisi Caput totius Ecclesie: illud autem caput, sicut intitulatur, accipitur ex penitentiali Theodori, qui fuit Episcopus Cantuariæ: ergo in quantum est huius Auctoris, nullum robur habet infligendi pœnam irregularitatis. Ergo oportet dicere, quòd quòcumque capitulum incorporatum in corpore Decretorum à Gratiano, confirmatum sit à Papa, vel multa capitula ibi posita non ligant totam Ecclesiam.

B b b

Vnde

Etiam quoad ordinum susceptorum executionem,

Cartag. Sive rebaptizentur intra five extra Ecclesiam,

120.

Ex certa scientia & absolute,

Cum interno animo & peccato.

121. Concilium Africanum.

Unde parvuli rebaptizati hanc pœnam non incurant.

122.

Ignorantem incurtere hæc pœnam videtur probari ex cap. 117. dist. 4. de Consec. Secm.

122.

123.

Respondetur illud non habere aliquod robur, eò quòd sit aliquis particularis auctoritas.

Cujus con-
stitutionem
Papa confirmat
non est ma-
nifestum.

Vnde autem possit doceri, quod omnia illa ca-
pitula ibi compilata Papa confirmat, non est ma-
nifestum. Nec etiam eo modo, quo est manifestum
de omnibus capitulis positus in Decretalibus, ibi
enim in proemio Gregor. IX. scribens Doctoribus
in iure Canonico mandat, quod contenti sint in
scholis & in iudicijs hac compilatione. Et Boni-
facius VIII. in proemio 6. libri mandat, quod
de constitutionibus editis a tempore Gregor. IX.
usque ad tempus suum, illa sola habeant robur,
qua ibi inserta sunt. Ita Doctor,

124.

Qui ibidem ad objectionem, qua for-
mari posset ex his binis verbis textus, se-
cundum Canones, scilicet Pontificios, Res-
pondet: Hoc deberet Glossator apponere, quia
haec glossa est necessaria, sed nulla ponitur osten-
dendo ubi sit Canon super hoc editus.

Et arguens Canonistas glossatores ad-
dit: Et hic, sicut in multis locis apparet in-
utilis occupatio glossatorum in iure canonico,
qui multiplicanti concordantias, & auctori-
tates ad unum vocabulum, & postea in fine
nihil ad propositum; & alibi ubi est verbum
maximi ponderis, a quo dependet sententia

totius capituli transeant sicco pede.
Tandemque concludens inquit: Posset
ergo dici quantum occurrit quod ignorantia fa-
cti, addo ego, & juris, dammodo non trun-
ca vel crassa, sed probabilis, id est, invincibi-
lis, sit, totaliter excusat conferentem a pena
illa, & suscipientem. Universaliter enim pena
canonica non incurritur, nisi a latore Canonis in-
feratur; ubi ergo non invenitur vi verborum in-
flicta, tunc simpliciter est dicendum quod nulla est.

Et haec quidem de poenis reiterantium
Baptismatis substantiam; pro reiterantibus
autem solas ceremonias, seu ritus acciden-
tales, nullam lego in iure poenam consti-
tutam: licet enim Acolythus non concu-
rat proximè ministrando aliquid substan-
tiale, tamen quia ministrat baptizanti, ad
totam illam actionem cooperari censetur,
sicut cooperatur Sacrificio, qui Sacerdoti
offerenti ministrat.

Superest ut paucis explicemus principa-
liores, & magis controversas ceremonias
ab Ecclesia adhiberi solitas in administra-
tione hujus Sacramenti.

SECTIO SEXTA.

De Ceremonijs Baptismi.

Trident.
Ita ceremo-
niae non
possunt per
quemcumque
Ecclesiae pa-
storem im-
mutari

Concilium Tridentinum sess. 7.
de Sacramentis in genere, con-
tra haereticos nostri temporis
(qui more suo quod ignorant
blasphemant, irridentes ceremo-
nias ab Ecclesia adhiberi solitas in Ba-
ptismo & alijs Sacramentis tamquam vanas
& superstitiosas) hunc expressit Cano-
nem 13. Si quis dixerit receptos & approbatos
Ecclesiae Catholicae ritus in solemnibus Sacramen-
torum administratione adhiberi consuetos, aut con-
temni, aut sine peccato a ministris pro libitu
omitti, aut in novos alios per quemcumque Eccle-
siarum Pastorem mutari posse; anathema sit.

sed solum
ab Ecclesia,

Nota, Per quemcumque, quo insinuat,
sicuti per universalem Ecclesiam, cujus caput
est Pontifex, institui sunt; ita ab eadem
pro loco & tempore mutari posse. Decla-
rat namque eadem Synodus sess. 21. cap.
2. hanc potestatem perpetuam in Ecclesia fuisse, ut
in Sacramentorum dispensatione, salva illorum
substantia, ea statueret, vel mutaret, quae susci-
pientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum
venerationi pro rerum, temporum & locorum va-
rietate, magis expedire indicaret.

1. Cor. 4. v. 1.

Probat ex Apostolo: Id autem Apostolus
non obscure visus est inuisse, cum ait. Sic nos
existimet homo, ut ministros Christi, & dispensa-

tores mysteriorum Dei. Confirmatque ejus
exemplo dicens: Atque ipsum quidem hanc po-
testatem usum esse, satis constat, cum in multis
alijs, tum in hoc ipso Sacramento (agit de Eu-
charistia) cum ordinatis nonnullis circa eum
usum, caetera, inquit, cum venero disponam.

Unde D. Aug. loquens de ritu Eucharisti-
co Epist. 118. c. 6. ait: Et ideo non praecipit Chri-
stus, quo demerps oratione sumeretur Eucharistia,
an post, an ante alios cibos, ut Apostolus, per
quos Ecclesias dispositurus erat, servaret hunc locum.

Querant nunc haeretici ubi Scriptura pre-
scripserit hujusmodi ceremonias, & facile
quisque respondebit, ubi Apostolos, & eor-
um successores constituit dispensatores mys-
teriorum, hoc est, Sacramentorum Dei,
quippe ministri & dispensatoris est res Do-
mini sui cum omni reverentia & utilitate
distribuere. Quis autem adeo insanit, ut
dicere audeat ceremonias sacramentales nec
venerationi Sacramentorum, nec utilitati
suscipientium expedire?

Nonne Deus sua Sacrificia & alia Sacra
in antiqua lege praecipit fieri certis ritibus
& ceremonijs? lege Exodi cap. 12. 29.
& 30. nec non Leviticum per totum, & in-
ficiari non poteris.

Quid dicam de Christo novae legis insti-
tutore? etc.